IACOBI COTVGNI

AR. ET M. DOCTORIS

FRANCAVILLENSIS SALENTINI.

LIBER DE ABVSV VENÆ SECTIONIS, *& quando, & quibus in morbis, & qua ratione ea aperiri deceat, satis quidem docte differitur, et fusissime demonstratur.*

In cuius fine etiam est adiecta solemnis illa, & satis vtilis, & necessaria scitu quæstio eiusdem Auctoris.

An in Diarrhea possit secari vena, & medicamentum exhiberi ad Medicos Hostunienses.

PAVLI MARTINELLI Romani Opera, & studio in lucem editus.



Expensis Ioannis Martinelli.


ROMAE,
Apud Stephanum Paulinum MDCIIII.
SVPERIORVM PERMISSV.



GRE

S.

PAVL




expectation
ussis possit
in loco posit
atque ardua
quidem c
haereant
tam quam
manebit an
Chrismatis
Ecclesiae rit
dignam Pr
iam addider

ILLVSTRISS. ET REVER. D. D.

GREGORIO PETROCHINO

S. R. E. CARD. MONTELPARO

AMPLISSIMO.



PAVLVS MARTINELLVS ROMANVS P. F.



OANNIS *Martinelli parentis mei in amplitudinem tuam cultus, & obseruantia Cardinalis Illustrissime iure sanguinis me cogit, vt aliquod meæ voluntatis tibi deuinctissimæ, obstrictissimæque, gratiq. erga benignitatem tuam animi proferam argumentum. Nam, etsi ego is sum, qui & propter ætatis immaturitatem, & tenuitatem virium nihil dignum expectatione Tua, nihil par dignitati, qua merito præfulges, ac purpurascis possim afferre, tu tamen is es, qui in sublimi, ac pleno maiestatis loco positus tenuuia, atque humilia non despicit, cum summa quæque atque ardua, vtpote altissima indole præditus, soleas appetere. Et mihi quidem cum multa in nos à te collata liberali, ac plena manu beneficia hæreant infixa, non ad exigui durationem temporis, sed ad memoriam quam fieri poterit diutissimam: illud tamen sempiternis notis manebit animo meo inscriptum quod non multis ab hinc annis sacro Chrismatis oleo inunctum, ac fascicola ex more redimitum Christiano Ecclesiæ ritu dissolueris, eoque officio, & summam erga nos comitatem dignam Principe ostenderis, & veteribus meritis tuis ingentem cumulum addideris. Macte animo Princeps Illustrissime, ne de tenuuioris*

fortunæ viris benemereri vmquam desinas, donec ad supremum, ac Principem in terris locum euectus virtute tua suffragante vniuersum Christianum orbem diuina ferè beneficentia tibi in perpetuum deuincias. Dicerem. sed animi Tui moderatio, qua de te humiliter sentis, vt Christianum Heroem decet, non patitur me longiorem virtutum tuarum laudatorem. hoc profectò non negaueris adolescenti laudum tuarum studioso, vt hæc Medicæ artis lucubratio à viro erudito conscripta insigne nominis Tui amplissimi ornamentum in fronte gerat. patere obsecro conatus meos tenues per se atque obscuros à dignitatis tuæ lumine splendorem mutuari, quandoquidem, etsi hic libellus opera, atque industria mea e tenebris in quibus pridem latebat erutus, ac vindicatus prodiret in lucem, nihil tamen consecutus videbar, nisi laudatissimi nominis tui insignibus exornati, atque exculti labores mei pulchrius, atque honorificentius apparerent. prodeunt igitur serius, si studiosorum cupiditatem huius operis desiderium molestè ferentium spectemus: at opportune, si formam, & elegantiam, qua ex nominis tui conspicua, & iucunda omnibus inscriptione sunt locupletati, consideremus. Tu verò Gregori Cardinalis Amplissime, ac Patrone beneficentissime ex humili, ac leui quod offerimus munere, tibi rerum nostrarum omnium ius, ac potestatem quæsitam agnosce, nosque omnes in eorum numerum adscribe, qui virtutes tuas colunt, suspiciunt, venerantur. Immortalis Deus longissimos vitæ annos, annis perpetuam felicitatem adijciat. Vale. Romæ die Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis MDCIV.



IACO-

IACOBI COTVGNI ART. ET M. DOCTORIS FRANCAVILLENSIS SALENTINI.

LIBER DE ABVSV VENÆ SECTIONIS, ET QVANDO, & quibus in Morbis, & qua ratione ea aperiri deceat.

Magnos morbos non semper petere venæ sectionem, vt scribunt medici, sed quandoque medicamentum purgans, quandoque alia remedia, & obiter synochum putridum nec esse, nec dici ardentem febrem: & doloribus quandoque magnam, quandoque paruam conuenire euacuationem, & in humorum, & sanguinis vitio, non semper administrandam venæ sectionem.

CAPVT PRIMVM.

VETVSTISSIMI Hipocratis sententię abstrusus, reconditusque sensus, quæ lib. 4. tex. 19. de rat. vict. in acutis legitur, multis medicis, vel præclarissimis imposuit, varijsque erroribus eos inuoluit, vt ita morbi magnitudinem viriumquè robur, exceptis tamen à sermone pueris, nulla alia distinctione habita dixerint sanguinis missionem indicare; rati in vniuersum theorema hoc verum esse, quasi sola morbi magnitudo esset satis, vt incisa vena, sanguis detrahatur, modo, nec vires, nec ætas id fieri prohibeant, eoquè magis, cum hæc eadem sententia multis in locis à Galeno 4. acut. 19. 4. meth. 6. de venę sect. 9. 20. & 3. de artic. 62. probetur, & contra Menodotum in medium adducatur. cum illud animaduertere debuissent altiorem iis in verbis delitescere sensum accuratiove indigentem explicatione, quandoquidē sæpius alibi ipsemet in magnis morbis, modo venę sectioni pharmacum, modo huic illam præferat. Siquidem in Commentarijs lib. 1. text. comment. 11. de humoribus hæc protulit verba. si enim morbus valens sit, viresquè ægri robustæ nemo erit, qui in re medica faciendà sit exercitatus, qui non videat mittendū esse, sanguinem ac quemadmodū sanguis, propter ipsius copiam, & morbi magnitudinem mittitur, sic purgatio propter alterius cuiusdam humoris redundantiam, & morbi robur adhibetur, & inferius cum explicasset, quot modis fieri contingat magnus morbus, Hæc scriptis reliquit. Horum omnium Hyppocratis in lib. de vlceribus mentionem fecit, quo in loco hæc de purgatione docuit, purgatio inquit per aluum pluribus vlceribus confert, itemque vulneribus capitis, ventris, articulorū, & ijs omnibus, in quibus periculū est ne os corrumpatur; hoc igitur nobis consilij dat Hyppocrates, vt purgemus, ac redundātem humorem euacuemus, idq. modo sanguinis euacuatione, cum is cęteros humo-

res superet, modo medicamento purgante. Cum, aut flaua, aut atra bilis, aut pituita redundet; quocirca (subdit) statuendum est purgationes esse perutiles, cum morbi magni sunt, & cum quibus permagna est humorum innata redundantia, quæ etiam repetit in lib. 4. cap. 6. methodi hac verborũ serie, sicut quando quis sanus est, & humoribus redundans, non statim vena est secanda, cum posit satisfacere inedia, cibi parcitas, &c. Ad eundem modum, nec purgatio in sola cacochymia suscipitur, sed sicut missio sanguinis, & propter ipsius abundantiã, & morbi magnitudinem (ita enim legitur in Codice Greco, &, non vel; quamuis vel, pro etiam sumat interpres, vt ex sequentibus verbis liquet) ita purgatio propter abundantiam alterius cuiusque succi, & propter vim morbi abhibetur; quod quidẽ iure maximo factum esse reor, semper enim redundans humor, & qui noxam inferre queat est subtrahendus, qui morbum faciat, foueat, vel sit facturus, sangnis (sic enim dicitur aggregatum, de multitudine cap. 6. & 10. omnium quatuor humorum, qui in venis continentur) incisa vena, 1. de humor. 11. 12. aph. 17. 4. aph. 17. 2. 4. meth. 6. 13. meth. 6. de venæ sect. 10. aut crurum scarificationibus, aut sanguinis euacuatione, vel per vterũ, vel per hæmorrhoidas, aut frictio, aut inedia, aut exercitatione, siue balneo, siue digerẽtibus medicamẽtis prçterquam in febricitãtibus, in quibus non exercitatione quod opinabatur prodicus, 6. epid. 3. 31. neque vnctione, neque balneo, neque multa frictione exuberantiã vacuare licet, sed sanguinis missione vnà cum inedia, vel purgatione aliqua, vt satis in methodo explicauit Galenus: alij vero humores purgatione, quæ cuique superanti succo sit accõmodata educuntur, quippe verissima est Hippocratis sentẽtia in turbationibus alui, 1. Aph. 2. & vomitibus spontinis, si qualia oportet purgentur confert, & facile feruntur, 4. Aph. 2. purgantiumq. medicamentorum vsu talia, è corpore educenda esse, qualia sponte prodeuntia iuuant, quare cum naturam recte operantem, & ea quæ sponte accidunt, & prosunt, debeamus imitari, vt monuit Galenus. 4. Meth. 6. ante finem, & 1. Aph. 21. pro exuberantis humoris specie proprio auxilio vti debemus, quòd si propterea sanguinis detractione semper esset vtendum in acutis morbis, ac etiam longis, cum fuerint, vel sint futuri cum magnitudine (hi namq. etiam includuntur sub hac propositione, vt testatur Galenus 4. acutorum 19.) tunc sanguinem omnium illorum morbiticam causam statuẽdum esse oporteret contra, tùm Hippocratis, tùm omnium medicorum placita, propterea monuerat idem Galenus 1. de humor. Commentario 1. pag. 46. dolorũ curationem, seu sedationem fieri alteratione, & euacuatione: hanc vero venæ sectione, quando corpus pleth. fuerit, vel purgante medicamento cum prauis succis fuerit refertum, & confirmauerat: Id idem primo Aphorism. 23. scribens vacuãdum esse ad lipothymiam in maximis inflammationibus, in ardentissimis febribus, & vehementissimis doloribus: in febribus quidem phlebotomia, in vehementissimis doloribus, aut sanguinis missione, aut purgatione, prout alterum altero magis conuenire videbitur, vt demonstrasse fatetur lib. de venæ sectione 6. san. tuen. cap. 13. 1. proth. 3. 49. 6. Aph. 31. 47.

(est caput septimum in medio, & octauum in fine) vt innumeros alios locos silentio prætermittam. Quo in loco duo consideranda, maximeq. animaduertenda videtur, quod ad sanguinis missionē, de qua in pręsentiarum loqui, nostrum est institutum, spectent, cur dixerit in ardētissimis febribus sanguinem mittendū esse ad lipothymiā, & in maximis doloribus, siue vehementissimis, ad hanc vsque mensuram. Vacuationem faciendam esse, cum in illis impediat, siue prohibeat 6.epid.3.44. bilis exuberātia, in doloribus, virium dissolutio, vt alibi monuit idem Gal. 1. ad Glauc. 14. Qua in re, quamuis quo ad primum dici posset Galenum non esse locutum de ardentibus febribus ab amara bile ortis, sed de synocho, qui ex putrescente sanguine ortum ducit, vt eadem fere verba eiusdem in methodo, 9. meth. 5. de venæ sect. 20.6. epid.1. 29. & libro de venę sectione, & in epidemijs clarè ostendunt, & proinde Leonicenū, & Plaucium malè interpretatos esse locum, ardentissimarum nomen illi adaptando, cum multum inter se differant causa, loco, Sympt. & curandi ratione: fit namque synochus 9. meth. 3.4. 5.& 6. epi.1. 29. 2. febr. 9.11. meth. 9. ex sanguinea massa putrescente in maximis vasis, inter alas, & inguina, cuius calor mitis est ac vaporosus, sicut, qui in balneo contrahitur, & sanguinis missione ad animi deliquium inclusiue 9. meth. 4. curatur; 4.aph. 59.5. epid.1. 9. 2. febr. 1. 2. de vis. 6. Ardentes autem febres ex amara bile, 5. acut. vltim. à 4. acut. 13. aut salsa pituita, cum nothus fuerit cautus, in quibus humor nō putrescit in omnibus vasis, sed in ijs, quæ sunt 1.epi.1. 9.1. epid.2.10.& 79. circa ventriculū, & præcipue eius os, aut circa ièur, aut pulmonem, quarum 4.acut.1.13.3.epi.3.3 1.calor mordax est.& acris, vt in sicco positus, in quibus parum 6.epid.3. 44. Valeriol. lib.21.cap.2.& 3. Auic.f.4. 1. cap. 20. sanguinis detrahi debet quod frenum sit bilis. Proinde Hippocrates causos, valde ardentes febres vocauit, Synochos rubras febres in epidemijs, 6.epidem. 1.29. & in libris Aphorismor. 3. 21. illas ardentes, & has continuas, ac si dixisset continentes, idest Synochos, quippe cum nec Hyppocrates 2. de natur.hum. 22. in fine.1. nec antiquorum vllus continuam febrem Synochum appellauerit vmquam, vt testatur Galenus, seu aliter, qui textus intelligatur de bilioso Synocho, de quo meminit 2. lib. febr. & 2. de cris. 6. nam cùm duplex sit plenitudo, vt in præsentiarum consulto, alias differentias omittamus lib. de multit. 11. 1. comp. med. per loc. 1. 1. de Symp. causis c. 7. de venę sectione cap. 9. 10. ea quę simpliciter dicitur, & sine adiectione, quando omnes humores æquabiliter sunt aucti, seruata veteri proportione, & quando cum adiectione vocatur, siue secundum quid, quando præter humores prefatos sanguinisque aggregatum aliquis alius humor iuxta illud sit parum auctus, & cuique respondeat Synochus exinde ortus, primæ multitudini putrescenti, is, qui simpliciter, & absolute dicitur, secundæ autem, huiusmodi est à puerperio de quo 6.epi.1.2. quę sanguis biliosus principalem melancholicus, vt numquam inculpatus 1. epid.3. 21. 3. epi. 3.73. de atra bile 8. 1. prorrh.2.48. qui cū adiectione nuncupatur biliosus, vel primilosus pro exuberante humore, de quo, quia perdoctè differuit ille Altimarus

in febrium curandi methodo, non est quod longior sit oratio Eustachius, Rudius, Pereda, quamuis non desint, qui hac in re contra ipsum inuehant, & alios Synochos à bile ortos imaginentur; hunc 2. generis Synochum de genere esse ardentium, quinimo ardente acutiorem, quando biliosus existit, clare docuit Galenus 2. de cris. 6. loco præallegato, quod non animaduertentes Horatius, Augenius, & Franciscus Valleriola viri, alioqui doctissimi hic in enarrationibus medicinalibus, lib. 1. 2. epl. 4. 10. lib. cap. 6. cap. 6. Synochum ex putrescente sanguine ortum parum recte dixit esse de genere ardentium, & acutiorem ea quæ causus dicitur, cum sit acutus minus, & nullo pacto in ardentium genere reponendus: secus autem biliosus, quod aduertit Altimarus. Ille vero recepit causum de genere Synochorum à Galeno 2. de diff. febr. & 2. de crisi. cum, vt diximus antea, locus sit de bilioso, verũ enim vero cum illa tàm copiosa sanguinis detractio, quo ad animo linqueretur, quàm petit exactus Synochus, huic non cõueniet, quoniam sanguineæ massæ quæ in dies repit ad biliosam naturam ratione putredinis, vt biliosa 2. de cris. cap. 12. quodãmodo quandoque dicatur, accedit præterea bilis illa parum aucta Vnde timor adesset biliosorum feruoris, quod scribit Auic. f. 4. 1. cap. 20. Hip. & Galen. 6. epid. 3. 44. & doctissime, verssimeque probat Valleriola lib. 2. enarr. 7. Quamobrem hæc esset sententia hac de re nostra, quod cum textus Gręcus habeat Pyreton diacaëstaton, quod multũ, & inflammare, & ardere sonat, & propterea vtrumque possit legi, conuenientior esset versio (magnam inflamationem inferentibus) ac si dixisset, calidissimis, quod fecit Iunius Paulus Crassus 6. epid. comment. 1. 29. & comm. 5. 14. posse tamen recipi, atque admitti (ardentissimis) per verbi abusionem, vt humorem 6. aphor. 53. melancholicum atrambilem vocari videmus, & millies in mille locis, magnam, 1. aph. 14. 2. aph. 28. 1. febr. 1. 3. comp. med. per gña. 2. & paruam febrem, cum tamen non sit in predicamento substantiæ, nec quantitatis, vt confitetur ipsemet Galenus, nec propterea Plancium, & Leonicenum præclarissimos in re medica viros, reprehensione dignos esse, nec versionem Linacri in methodo 11. meth. 9. erroneam, cum pręcipuè non sit nomen substantiuũ, quod speciem, siue ideam febris veluti charactere quodam significaret, sed adiectiuum, vt hoc veluti epitheto maximam, siue idem Pereda in feb. vehementissimam febrem ostenderet, & ardentem febrem à bile 3. epid. 3. 33. & 34. 3. aph. 21. ortam causum vocare soleat. Liceret scindapson 2. febr. 6. 8. 11. metho. 12. & 3. progn. 39. vocare, quòd nulla de nominibus quæstio esse debeat ex Platonis, & Galeni Placitis, sed rerum scientia amplectenda, ne vt aiunt inanes argutiæ deuoluantur ad quæstiones de nomine, quod faciunt Grammatici, modo illud certo habeatur in aphorismis. 1. aph. 23. 11. & methodo, meth. 9. 4. ac libro meth. 3. 4. 5. De venæ sectione 20. 6. epid. 1. 1. de legitimo, & exquisito Synocho locum esse, vt etiam cent. 11. cons. 91. in schol. 1. aphor. 27. in epidemijs, cui conuenit larga sanguinis detractio, & non de ardente febre, quam causum vocant Græci. Vt hinc liquido pateat lapsus Amati, quòd velit ibi in aphorismis, Galenus de Ardentibus à

bile ortis locutum esse, eoque ex loco haberi, sanguinem mittendum esse in biliosis febribus, si quidem licet in huiusmodi febribus sit detrahendus sanguis, vt opinamur, non propterea exinde id concludi vnquam poterit. Quod vero ad secundum, cur in maximis doloribus hanc copiosam euacuationem admittat ad animi vsque deliquium, vel incisione venæ, vel medicamento purgante, quandoquidem, has in doloribus cauendas esse moneat libro de arte curat, ad Glauconẽ, & de renum affect. dignotione & curatione. Dicimus, quòd aut dolor sequitur febrem, vt primo ad Glauconem consideratur, & tunc parce euacuandum, quia licet doloris magna sit habenda ratio, tamen cum prima indicatio à febre vt à morbo sumatur, & nec ipsa, nec dolor, confestim facta euacuatione posint tolli, quia plerumque, non nisi morbo concocto, vires à febre imbecilles redditæ, itemque à dolore, factis postea confertim euacuationibus, resoluuntur, & sic non poterunt postea concoquendo morbum superare; aut febris dolorem insequitur, erit autem hic ab intemperie cum materia in particula dolore affecta, & in locis circumsitis contenta, quare copiosa conuenit euacuatio, vt contentam in affecto loco, materiam, vacuet, & occasionem tollat, ne aliundè ad eam confluat, de quo loquitur in aphorismis, quod sentire videtur Victor Trincauellius vir nunquam satis laudatus in Commentarijs ad Glauconem. Posset etiam solui contradictio, si dicetur in libris aphorismorum considerari dolorem pro affectu dolorifico, in quo dolor excitatur affectus caussa, quomodo etiam secundo aphorismorum & 6. epidemion quando dicebat Hippocrates in Cranone, dolores inueterati frigidi, recentes calidi, non re ipsa dolores calidos, aut frigidos, sed morbos in quibus dolores fiunt, vt ait Gal. vbi quoniã eadẽ est causa affectus, & doloris, ideo euacuatio, cũ vtrique conueniat, copiosa esse docet pro doloris magnitudine, affectus magnitudinem arguente, Cæterùm primo ad Glauconẽ pro symptomate febribus complicato, non habente communem caussam consideratur, propterea partem euacuandum monuit, vt aliquid simplicitati relinquatur, nec vires dissoluat magis: quando etenim vacuatio, tum doloris caussæ, tum etiam dolori conuenit, nemo est, qui prohibeat copiosam eam fieri posse, modo permittant vires, aliaque coniudicantia, quod in praxi in pleuritide fieri conspicitur axillari vena lateris eiusdem secta; secus autem si dolori non sit accommodata, licet à morbo petatur, quod non fuerit vtrique communis caussa vt fieri videtur in dolore nephritico, siue calculi morbo, vbi venæ sectio non fit ratione euacuationis morbificæ caussæ, sed ad vasorum laxitatem, & meatuum, quos vreteras vocant, vt sanguine detracto, corpore inanito, ac meatibus relaxatis, facilius arenulæ, vel lapis in vreteris impactus, posint ad vesicam descendere; quoniam vero id contingenter euenit, lapis, vel arenulæ, quandoque non transmittuntur, proinde perdurante dolore, copiosa

cent. ii. cõ 91. in scho 1. aph. 17.

lib 1. 14. 7. cap. 4. 12. meth. 1 3. meth. 1

lib. c. 14 aph. 6. epi 1. 8.

exhibendum, scribit enim quando sanguis est copiosus, ita vt ab aliorum humorum proportione minimè superetur audacter esse venam secandā, postea medicamentum purgans exhibendum pro alijs humoribus sic etiā quando non fuerit ea sanguinis copia, sed alij humores exuberant, si illi parum recesserint a natura, & forma sanguinis, vel quia crudi, vel quia caloris, excessu sint percocti sanguinem esse mittendum, quòd si plus recesserint, consideratius agendum, si autem principalem, nullo pacto detrahendum esse. Quam opinionem, seu Axioma amplexi sunt Montanus, & Victor Trincauellius, duo in re medica luminaria, & post eos Augenius, & Raboresus medici præclarissimi. Eodemquè modo si sanguis, non aliorum humorum mixtura, sed quia in se alteratus, fuerit insigniter mutatus, quòd corruptelam vocat Galenus, minimè incisa vena, ipsum detrahendum esse monuit 6. epid. secus si parum, & nondum insigniter in alterius naturam fuerit conuersis: at vulgares medicos multum mouet exeuntis sanguinis corruptela, qua de re fit, vt non semel venam aperiāt, cœterum peritos facit cautiores, quod eo in statu satius sit parum detrahere, viresque seruare, cum semel debilitati non habeant vndè reficiantur, quare istis, vel sanguinem non detrahebat Galenus in illa magna pestilenntia, quæ Romam inuaserat, aut parum sanguinis morbi initio, vt meminit lib. de bonit. & vitio succorum. Modo non sit ob alicuius particulæ phlegmonem, vt in pleuritide conspici solet, in quasi vires, non prohibeant, nec maligna sit phlegmone, iterum, atque iterum sanguis est detrahendus, aut semel & multum, donec rubidior, aut pro puro, rubidoque multum fluat liuidus, quo illa deriuatione possit, qualiscumque is sit foras educi. Vt in conuulsione, & Tetano à siccitate artis (vt propositum reuertar) magnis quidem morbis ex omnium consensu, nonnè venæ sectio obest præcipuè, cum ea, quæ conferre possint, sint quidem certè, quæ confertim repleant, ac neruorum inanitionem, ac siccitatem si fieri possit corrigant. Id autem cum verum sit ratione morbificæ caussæ, ita etiam verissimum est quandoque ratione partis affectæ, quod perpetuum nō sit dogma, magnum morbum venæ incisionem indicare: quāuis ætas, & vires permittant: vult enim Hippocrates in pleuritide dolore ascendente ad clauiculam, statim ab initio incidendam esse venam, & permittendum, vt sanguis multum fluat mutatur pro rubido flauior, &c. sic enim legendum esse tex. aduertit Curtius, descendente autem ad præcordia in morbi initio medicamentum purgans esse exhibendum, quia humores fluunt, quarta die, scribit Hipp. at Galenus 1. 2. 4. & 5. die modo adhuc sint in motu, quæ eadem repetit lib. de venæ sect. contra Erasist. licet Augenius vir de re medica optime meritus alia imaginetur de dolore descendente ad præcordia, vt disputat in suis epistolis, vt hinc liquidò pateat non semper in magnis morbis sanguinem mittendum esse, sed quandoque medicamentum purgans exhibendum, eam tantum abest, vt semper corpus inaniri deceat, vt interdum repleri debeat.

In consilijs pag 773. de f. b quoi pag: 137. Auge. pag 47. ad Iulianum Robor 231.
2. aph. 17.
6. ep. 3. 43.
Aug. lib. 10. ep. 3. in fine. c. 1. & Trincau: de feb. pestilent.
2. acut. 10. in fin.
de venæ sect. on. 14.
2 aph, 72.
2 acut. 6. & lib 4. 70.
4. acut. 76.
cap. 4. in fine in 2. sect. sup epistol.

Explicatur textus Hipp. 4. acutorum, & docetur quomodo in exuberantia crudorum succorum non sit mittendus sanguis.
Caput II.

CAeterùm, cum hæc sint satis probata, veræque medendi methodo innixa, dicendum erit hoc inferre voluisse authorem 4. de rat. vict. (quoniam Hippocratis cõmuniter re uera non est liber) non secandam vnquam venam in acutis morbis, nisi fuerint cum magnitudine, & permiserint vires, & ætas, ac si excluderet paruos, mitesque morbos, non concludens proinde semper in acutis, cùm magni fuerint, faciendam esse, sed in illis tantum, quando casus morbique natura illam exigat, vt mihi videatur, veluti, dicere, hominem grammaticum esse. Nam cum Grammaticum esse non conueniat alijs præterquam homini, non tamen omnes homines, vt scribit Porphyrius sunt Grammatici; ac si dixisset, cùm venæ sectio magnũ sit auxilium, quod cæleriter auxiliatur, non nisi acuto, qui & magnus sit, conuenit cum verũ sit non posse vehementi malo, nisi vehemens auxilium succurrere, vt monet Corn. celsus, siue potentius, vt morbum superet, quod Paulus ex Aretheo Cappadocio dicebat, siuè æquèpotens, vt 3. de temp. legitur, & disputant quidam Neoterici Medici; magnitudo enim petit auxilia æque magna, acuties, vt curationes cæleriter peragantur, etenim auxiliorum magnitudo vt adæquari debet magnitudini morbi, ita agendi celeritas illius acutiei, qua quidem proportione non excludit medicamẽtũ purgans, cũ magnũ sit, & festinãter auxilietur, proindeque in magnis morbis administrandum, sed tantum à paruis auxilia magna: ac si esset vel diceretur, acutus morbus venæ sectionem petit quando magnus fuerit, & à plenitudine ortus, aut præsente, aut imminente, vel totius, vel partis, quippe cum contraria sit ei sanguinis missio, & auxilium sit æquè potens. Purgationem verò quando morbus fuerit à cacochymia præsente, vel imminente totius, vel alicuius particulæ, quod & ipsa magnum sit auxilium, & humorum vitio accommodatum, vti repletionem quæ celeriter, & confertim inanitionem corrigeret quando is morbus esset ab inanitione, iuxta eiusdem placita in aphorismis. Verum enim vero sententiam hanc ad longos morbos etiam se extẽdi, præter Galeni authoritatem clarum est, quòd epilepsiæ obnoxij, vertigini, & articulorum doloribus venæ sectionem quandoque requirant, quòd sint magni, modo ætas, viresque ferant, sed de chronicis mentionem non fecit, neque de purgante medicamento, sed tantum de venæ sectione, quoniam de acutis in hoc libro docet, vt ait Galenus, & medicamentum sit præcipuè chronicorum, contra, venæ sectio, quoniam acuti eam præcipuè requirunt:

[Margin notes:] ex 2. acut. 38 & lib. 5. tex. com 112. — 8. aph. 19 de cucurbit. ex orib. 19. de venæ sectio. & erasist. capit. 8. lib. 2. cap. 11. lib. 4. cap. 1. cap vlt. & 3. simpl. meth. cap. 12. Vallesius li: 2. meth. 1 & 8. contr. c 4. Aug. in sect. 2 Epistolarũ 4. aph. 19. — 2. aph. 17. 22 — 3. acut. 19.

requirunt: ceterumque tarde hi mouentur non ita celerem requirunt opem, neque exposcunt vt curationes festinanter peragantur, vt de acutis diximus (dixit autem in acutis morbis, sanguinem detrahes, si vehemens morbus videatur) multi hoc vehemens frustra appositum esse dicere possunt, cum omnes acuti morbi magni sint. vt 2. aphorismorū legitur, tamen quoniam vete rum placita amice sunt interpretāda, quod monuit Galenus hac ratione appositum esse dicerem. Quod velit author non esse satis morbum esse magnum, qui in acutorum genere cōtinetur: nisi etiam sit in illa specie magnus, cum in acutie magna esse soleat latitudo, vt re vera magnus ex se sit oporteat, qui hæc auxilia exposcit. Proinde Galenus nulla facta morborum acutorum mentione magnitudinem morbi simpliciter venæ sectionem indicare dicebat alibi, modo ætas, & vires permittant, quòd hoc nomine vtraque amplectatur magnitudinem, tum quæ acutie oritur, tum quæ chronicorum quandoque insequi solet, licet sit de genere acutorum alia mitis habetur, alia sæua, & in hac aperienda est vena, sicut ex illa leuioribus auxilijs, seu fomentis, & inunctionibus est curanda, quod Hippocrates, & Galenus in epidemijs monuerunt. Hæc autem mitis à prædictis habetur, quando secum habuerit cruentum sputum, ac si inferrent non flauum, non rufum, non nigrum, & huiusmodi alia sputamina, qui à sanguine orta flegmone sit tutior, ex omnium consensu. Hinc factum esse reor, qui iusserit Hippocrates tentandum esse prius tormentis ipsam soluere, quodque in anaxione vsque ad octauam diem distulerit sanguinis detractionem donec pleuritidis magnitudinem viderit, nec eā fomentis cedere, sed delirium superuenisse, & symptomata inualuisse, quod aduertit Monardus, & Donatus Antonius ab Altomari, quamuis ratione cruditatis sectionem, venæ destulisse velit Montanus summus ille Medicus, vt Rorarius vir Alioqui doctissimus minime hac in re defendi posset, dicens Hippocratem ibi in epidemijs non intellexisse, venam secandam non esse in pleuritide, cuius symp. sit sanguinis sputum, quod mitis sit affectio, sed cruentæ spuitionis curationem impediri ab ipsa pleuritide quando complicati sunt, vt duo diuersi affectus, ceū Hydropisis curatio à febre; quippe hæmoptoys, vt scribit, adstringentibus egeat, pleur. relaxantibus, ac si de pleuritide loquatur Hippocrates respectu alterius affectionis; & non ratione morbificæ causæ, & de alijs remedijs præterquam de venæ sectione, quem sequtus est Franciscus Vallesius singularis doctrinæ medicus; vel si de venæ sectione non esse hanc incidēdam propter pleuritidem, sed propter sanguinis sputum, quod magis vrgeat. Hæc namque quoniam secari debet ratione vnius, quanto magis vtriusq; affectionis, cum ab vtraq; petatur, & locus est de sanguinis detractione, & nō de alijs medicis auxilijs. Siquidem Hippocrates adducens caussas impedientes incisionem venæ, dixerat text. 43. esse sanguinis in alterius humoris naturam, conuersionem

Margin notes: aph. 19. & 23 — 2. de sym. causis 5. — de venæ sectio. 20. — 4. meth 6. — 3. de hu. 32. — 1. acut. 8 — 2. acut. 8. & 1. aph. 22. — 2. aph. 19. — 6 epidem. 3 44. — 3. de humo. 33. — 6. epid. 3. 44 — 3 de humo. — 2. de cris. 10 — 2. progn. 46. — 1. acutor. ab init. — 3. epid. 3. 79. — in cont. pag. 1071. — In controuers. Ga. 11. — 1. aph. 16. — 6. ep. 3. 40. — in comēt. 1. — 1. meth. 8. — 15. de venæ sect. 7.

dicamenti purgantis exhibitionem, quod materia acris facilè exacerbetur medicamento, vbi multis modis etiam errare videtur, quando enim morbus est cum præsentia materiæ,& à fluxione pendet licet sit à bile, saltem ratione reuulsionis conuenit venæ sectio, quod præcepit Aegineta Galeni maximus imitator in faciei erysipilate, & practicam scribentes medicinam faciunt,& materia morbum faciens, si non venæ sectione, non nè medicamento quod bilem educat, est subtrahẽda, quod curari nequeat morbus manente adhuc causa ipsum efficiente? quid quòd humorum acrimoniæ, nonne quandoque contemperantia epicerastica dicunt, quandoque purgantia opitulantur? Sed in hoc non amplius immorandum (Addit postea florentem ætatem) qua in re, licet arguatur à Galeno, quod non solum florens illam ferat, sed adolescentia, illamque præcedens pubertas, & quæ florentem insequitur constans ætas, præter pueros, vt qui facilè dissoluantur, & vicem sanguinis missionis suppleat insensibilis vacuatio, ac præter senes, qui potestate sub capite virium comprehenduntur. Dicerem pro Hippocrite Florentis exemplo non exclusisse illas ætates, hic etenim vno quopiam veluti exempli gratia proposito de alijs similibus omnibus, pronunciare solet. Quòd si quispiam instaret, vt iterum redeamus ad illa, quorum gratia huc diximus, si venæ sectionem morbus magnus exposcit, quomodò in ephemera febre tutissimo miti, placidoque morbo ex obstructione facta à crassis succis venam esse incidendam voluit. Responderem venæ sectionem præcepisse mœtu putridæ imminentis, cum facile hæc ob talẽ obstructionẽ in illam pertransiret, & exinde in acutã, propterea confluxum humorum inhiberi voluit sanguine detracto, vt sentit Altimarus, & Petrus Paulus Pereda, etiam si caussa morbi non inclinet ad ideam sanguinis, modo ab ea non euariet principalem, vt antea diximus ex Galeni doctrina, ne ad locum obstructionis fluerent humores, eamque augerent, febrem ad aliud genus transferentes, non enim tantum morbus præsens, sed etiam futurus, ac imminens inspiciendus est, quod fecisse videtur Galenus in libro de venæ sectione, & vrgentior est præferendus, sic etiam caussa, quæ morbum efficit; facit, vel est factura, etenim fieri potest, vt quæ à crassis succis fit obstructio multitudine augeatur postea humorum confluentium, nec obstat, quòd corpus non sit pleth. semper siquidẽ humores, qui in corpore continentur ad aliquam particulam fluere possunt, licèt plenitudo non sit totius, vel quia recipiuntur ob imbecillitatẽ, vel quia trahuntur vi caloris ad focum febris, vbi partem implent: est autem hic, locus obstructionis, aut vbi putrescunt, humores, vt legitur 11. meth. vt alias fluxionum caussas iu præsentiarum consultò omittamus, de quibus 2. febr. fusissimè legitur. Quod si iterum dubitabitur, quomodo sit admittenda Galeni opinio, tum 8. tum lib. 11. method. quod sit aperienda vena in febribus à crassis succis obstructione orta, cum istis redundantibus à sanguinis missione abstinendum esse moneat lib. de venæ sectione,

tex. 11. tex. 76. n lol cõtrou 113.

lib. 4 21. To gau.

Amatus.

7. meth. 12.

5. aph 33.

3. acut. 42.

1. acut. 13.

3. de art. 80.

8. meth. 4.

in febrib.

In scho feb. paschalij.

4. lan. tuen. 4.

cap. 6 7 9 & 3 de hum. 33.

11 meth 10 13.

2. febr. vlt.

cap. 4. & 20. de mar. 7.

cap. vlt.

cap. 4.

cap. 4.

cap. 6. 9. 10. 12. 13. cap. 5. lib. de ven. sect. 6. sectione, & 4. de sanitate tuenda, quod antea diximus, & præcipue si febris adsit? Dicerem hanc esse, hac de re Galeni sententiam, quod aceruato crudo humore per corpus, quia cum eo, virium robur adesse non potest, non sit vena aperienda, præcipue si febris accedat statu æstiuo, stomachoque male affecto, aut toto adeo corpore natura molli, & temperie humido. Sed neque si horum nihil sit, cæterum hyems fuerit, & regio natura frigida. tum natura quoque hominis frigidior, quia per sanguinis missionem totum corpus grauiter refrigeratur, quare dicebat vbi supponitur robur virium adesse non posse eam cruditatum copiam, idque ostendi à vehemēti, magnoque pulsu cum æqualitate, robustarum virium præcone; secus ab eo, qui inequalis fuerit in vehementia, & magnitudine superantibus debilibus, & paruis, exinde monebat in plenitudine cum suspicione futuri morbi, velut in podagricis, & retentione sanguinis per venas sedis, aut per vterum, venam secandam esse, eodemque modo in plenitudine sine hac suspicione, si intemperantes fuerint ægri, quod non sit satisfrictio, exercitatio, vel inedia, quæ illam minuat agendum esse, quod si temperantes fuerint non secandam, nisi in abundantia crassi, & melanconici sanguinis, quo tempore, vel venæ sectio, vel medicamentum, quod bilem nigram trahat, præstat, qui si crudorum humorum copia laborauerint, vbi iam febris adest, nequaquam vacuandos incisa vena, sed antequam ægrotare inceperint, cautè id agendum, & pauco detracto sanguine protinus mulsam probè coctam cum aliquo extenuantium medicamentorum, vt hyssopo, origano calamintha, nepetam vocant Romani, aut pulegio exhibendo, aut cum mulsa, oxymeli, aut Apomeli, tenet autem medium Apomeli inter mulsam, & oximeli, vt legitur 8, meth. postea iterum ad sanguinis detractionem deueniendo, sic iterum ad prædicta extenuantia, & denuo ad venæ sectionem, vt propterea velit in hoc Commētario in cruditatum copia, quæ vires exoluat non esse detrahendum sanguinem, huius sunt notę plumbeus color, aut ex pallido albus, & pulsus inequalitas distabunt, proinde humores illi plurimū ab idea, & forma sanguinis; cæterum cum hæc non supponantur, nec in 8. nec in 11. method. nimirum, nec ea cruditatum copia, nec tam distantium à natura sanguinis, vt antea declarauimus summo iure reuulsionis gratia, sanguinis detractionem commendauit, & quo ad caput 5.4. de san. tuen. in c. 20. de venæ sectione. Dicendum his in locis locutum esse de cruditate in ventriculo, & primis venis contenta) sunt autem primæ venæ: quæ iuxta iecur, & mesenterium sunt, vt 12. meth. 3.) quæ nisi conquoquatur antea, si fieri licebit; aut educatur medicamento aliquo, quod vim habeat subducendi ea tantum, quæ sunt in vijs ductuum, vt est casia, Aegyptia, cum medicamento dia aloe Galeni, non debet vena aperiri, ne probo sanguine detracto rapiatur cruditas intra venas, de qua non loquitur in methodo, vbi aduertendum etiam in praxi, vt interea, nec serapijs atenuantibus, ac incidentibus sit vtendum, quod aduertunt de re medica periti, nisi fuerit

Margin notes: cap. 9. — cap. 10. — cap. 12. & 12. meth. cap 3. — de hoc 4. sanit. tuen. cap. 4. — cap. 9. & 10. de ven. sect. — cap. 3. — cap. 4. — 9. meth. 5. 4. acut 36. & lib. de ven. sect. 12. 20. — Montan. in consect. 3. cōs 45 & 68.

fuerit cruditas illa aliquo medicamento antea subducta: ne secum crudos illos succos intra venas, veluti vehiculo quodam ducant, quorum quidem essent medela, vt diximus antea, quando alibi continerentur.

Declaratur quomodo magnitudo morbi, nunc venæ sectionem, nunc medicamentum purgans, nunc alia auxilia exposcat, & cum quibus requisitis, & multa de venæ sectione & medicamento purgante, & in quo ad inuicem differat ipsorum administratio.

Caput III.

Dicimus itaque (ne vagemur amplius sic esse hac de re sentiendum, quòd sicut morbus acutus, qui fuerit magnus, petit magnum auxilium, & quod cito, ac festinanter vires suas proferat, valida, celerique manu egens, cum, & ipse celeriter moueatur, & magnitudinem habeat, sic, si aliam præterea habuerit adiectionem, eodem modo circumscriptum, & coarctatum requirat auxilium, quippè cum differentia addita indicanti, indicatum circumscribat. Proinde magnis magna, celeribus celeri, & extremis extrema curatione occurrendum. sic Gangræna, & Sphacelos ferrum, caustica, vstiones petunt, & magnum epyema vstionem, vt scribit Hipp. quæ enim non sanant medicamenta, sanat ferrum, & quæ non ferrum ignis. Itaque si acutus, isq; magnus fuerit cum inanitione morbus, vt Tetanus à siccitate, repletionem exposcit, quæ celeriter, & confertim inanitionem curet; si cum humorum redundantia inanitionem, quæ si fuerit omnium humorum æquabiliter auctorum seruata veteri proportione (plethoram dicunt) venæ sectionem, si autem fuerit aliquis alius humor multum auctus præter sanguinem (cacochimiam vocant) medicamentũ purgans. Etenim licet plenitudo crurum scarificatione, exercitatione, balneo, frictione, & inedia curetur, tamen in prædictis morbis, quia magni sunt, & celeriter mouentur, venæ sectione soluatur oportet. Sic quando corpus prauis succis fuerit refertum, quamuis illa cacochymia Epicerasticis, idest contemperantibus tum medicamentis, tum alimentis possit attemperari; in morbis prædictis, quoniam non admittuntur induciæ pharmacum, quod electiuè educat, est auxilium. Ideo Galenus reprehendit Erasistratum, quòd humorum copiam in acutis morbis inedia soluere velit, cum illa tam breui tempore hoc opus absoluere nequeat. in sputo enim cruento si plenitudinem inedia, quis curare voluerit, quo fit[?] latur sanguis, mors præueniet quidem certè, & proinde validis auxilijs ab initio vtendum præcepit 5. methodi, nec decebat Eras. à venæ sectione abstinere spe, quod inedia plenitudinem soluat, cum venæ sectio tutius, & haud cunctanter id agat; etenim tam ipse, quam eius præceptor Chrisippus, propterea venæ sectionem detestabatur, vt in inedia, quam im-

2. aph 19 25
1. aph. 6.
6. aph. 27.
7. aph. 85.
2. aph. 22.
2. aph. 17.
4. meth. 6.
13. meth 6.
1 de humo. 11.
de venæ sectio. c. 10.
ex 2. simpl. med 12. 13. & 14.
cap. 15.

de venæ sectio. 9. Eras. c. 1. & 7. perabant posset æger perdurare. Cœterum vt magnitudo morbi, siue vehementia (nam ad id reuertimur, vnde incaute labi videmur) tam præsens, quam imminens intelligitur Gal. ita plenitudinem, tam præsentem, quam imminentem totius, vel particulæ intelligēdam esse, non est, qui inficias eat, vt in sanguine detrahendo adsit oporteat, vel sit futura morbi magnitudo cum multitudine totius, vel particulæ præsente, aut imminente, quæ venæ sectionem petant, interim, vt reuulsorium auxilium alias, vt deriuatorium, & euacuatorium, alias ratione curationis, interim præseruationis. Si, quidē morbus magnus, siue iā adsit siue immineat cū totius multitudine præsente, aut futura, venæ apertionē exposcit, ceū auxilium euacuatorium, at præsente morbo ratione curationis imminēte ratione præseruationis, vt in febre synocho, quod si fuerit morbus præsens cū particulæ præsente, vel imminente plenitudine, vt in coxendicū dolore venæ sect. indicat pro parte futura, vt reuulsoriū auxiliū ratione præseruat. à bracchio eiusdē lateris, vt deriuatoriū, & euacuatoriū ratione curationis à Malleolo seruata itē rectitud. pro facta; quippe fientium morborum duæ sunt partes, factæ, cuius est curatio futura, cuius est præseruatio. At si morbus fuerit imminens, imminensque partis plenitudo indicat eam, vt reuulsorium auxilium ad præseruandum, secta in coxendicum dolore vena in brachio eiusdem lateris, verum cum præsente plenitudine ipsius particulæ, adhuc imminens morbus indicat eam, vt reuulsoriū quandoq; sectione facta in brachio pro fluxuro humore, quandoq; vt deriuatorium, quando in cruribus secabitur pro fluxo, licet nondum actu faciat morbum, & in vtroque semper ad præseruandum. Etenim cum Auersio sit ad alia membra conuersio, fiatque ad contraria reuulsione. & ad proxima deriuatione, fluxurus humor, nondum fluens reuulsionem petit ad contrariam partem, nempe sui motus, vt Iacchinus, & Curtius animaduertunt, & mera est reuulsio, meraque præcautio. Fluens vero pro fluxura parte reuulsorium pro fluxa ab euacuatione: aut si illa fieri non debet, ne magis impleatur pars, deriuatorium, estque præcautio mixta curationi. Penitus autem fluxus solueretur resolutione, scarificatione, & huiusmodi alijs, dicitur à Leoniceno ab euacuatione idest euacuatio à parte affecta, que simplex, & mera est euacuatio, nisi timeretur ne fluxio repetat, proinde tutior erit deriuatio, quæ vacuatio est ad vicina ad latus trahens, (veluti de riuo trahere, & educere dicitur) eiusdem quidem generis cum euacuatione, quæ fit per eam partem, quæ fluxionem excipit, vt scribit Galenus; eorum enim quæ iam particulam occuparunt medela est, tum deriuatio, tum euacuatio, hæc autem non nisi post exactam totius corporis euacuationem, & cum nullus superest timor, posse ad illam alium repere humorem. Cœterum impactus, fixusq; euacuationem petit, sed præmissis vniuersalibus euacuationibus, ne vis illius nouā fluxionē excitet, vt in scirrho & œdemate resoluētibus, & euaporantibus, & in Gangræna exiccātibus scarificationibus, & hirudinibus

Marginal notes: 3. art. me. 32. / 11. meth. 2. / 2. aph. 22. / 5. meth. 3. & 2 Glauc. / 3 ar. me. 65. / de humor. / 13. 2. ad Gla. cap. 2. / 3. ar. me. 65. / 66 / ad Glauc. / 4.

quod

quod ne quicquã valeat in impacta materia deriuatio, sed vstiones, vesicantia, resoluentia, vt in fluxura materia mera conueniat reuulsio, in fluẽte reuulsio, deriuatio, abeuacuatio, in fluxa deriuatio, abeuacuatio, infixa abeuacuatio mera. Quo quidem modo, vt ad orationem reuertar, dicere possumus de medicamento purgante in cacochymia, siue præsens sit, siue imminens, totius, vel partis cum morbo magno præsente, aut futuro. Indicabitur enim ab his, aut ratione reuulsionis, aut deriuationis, & euacuationis, interim pro curatione, quandoq; pro præseruat. vt diximus de venæ sect. vt eadem sit ratio, tam in sanguinis detractione, quam in purgat. Differens tamen præcipuè, quoniam venæ sectio in morborum principijs magis admittitur, quãuis etiam alijs tẽporibus, purgatio vero magis in morborum declinat. quandoque tamen administratur in principijs, cum nondum succi sunt firmati, vel cum turgere vidẽtur, aut ratione alicuius vrgentiæ. Differunt præterea, quia in sanguinis detractione non requiritur ea humorum concoctio, quam exigit medicamentum purgans, quod intelligendum esse scribunt ratione habita ad eum humorem, qui secta vena est educendus, qui sanguis est, seu sanguinea massa in venis contenta, in cuius detractione non est expectanda eiusdem concoctio, vt in alijs humoribus medicamento purgandis. Interdum tamen aliqua concoctio, & sæpè etiam euacuatio præmittenda est, non tamen ratione indicationis, quæ præcipit nobis sanguinem detrahendum esse, sed quæ aliunde oritur, vt à cibo semicocto in ventriculo, aut à crudis succis in primis venis. Neque ad eductionem parari oportet sanguis ante incisionem venæ, vt alij humores, quorum gratia dicebat senex, corpora, cum quis purgare vult, oportet ea fluxilia faciat, nisi nimis sit crassus, aut vena exilis, vt in talo, aut ad anularem in manu, quo calentis aquæ balneo fundatur, & facilius fluat. Nam cum sua natura semper sit coctus, & in substantia mediocris, & aperta vena facile exeat, nullaque vi educatur, nec coctione, nec præparatione indigere videtur, quod medicum impediat, ne in morborum initijs illum vena incisa educere queat, modo illi tres scopi, qui sanguinem detrahendum suadent adsint, vt 2. aphor. 9. meth. & lib. de venæ sectione constat. Valeat ergo Auicennas, qui in 4. primi capit. 20. hoc non admisit, quiuè veluti sui, ipsius immemor contrarium docuit in prima quarti. Hæc in sanguinis detractione cum ita se habeant in humorum purgatione, secus fieri constat in hac etenim antea attenuandi, & incidendi sunt humores, qui purgari debent, si qui crassi sunt, & alterandi si qualitate fuerint noxij, at si putrescentes, præterea concoctio est præmittenda. Vti enim non putrescentis materiæ est prior attenuatio, incisio, ac etiam alteratio, sic quidem in putrescente cum prædictis concoctio expurgationem præcedere debet, quod scribunt Manardus, Augenius, & Vallesius, quam adiuuat etiam attenuatio, & incisio, vt comminutio carnium elixatione, & quandoque etiam alteratio

[Margin notes: 4. acut. 76. — 4. acut. 36. 9. meth. 5. de venæ sect. 12. & 20. — 1. aph. 9. — 2. aph. 29. 9. meth. 5. de ven. sect. 9. & 12. — tract. 2. c. 7. — lib. 18. epl. 5. lib. 1. epl. 2. lib. 7. contr. cap. 15.]

à quibus est locus postea purgationis, præterquam in materia turgente,
aut quæ turgere posset, quo tempore eadem die, & per initia purgandum
esse scribunt veteres. Cæterum ocasionem in ea arripere cupit Galenus
1 aph.22.24 4.aph.10. si fieri poterit, pręparationis ex meliorato, in quo decoctum sit hyssopum,
1.aph.24.lib. quis, & quando, & quibus &c. in fine. pum, &c. vt interdum etiam, quòd ipsa turgeat velit à purgatione abstinendum
nendum esse, si corpus purgationi fuerit ineptum, cuius caussas inferius
explicabimus. Propterea 4. lib. acut. 64. dicebat Hippocrates. Hos si ab
initio purgare volueris, id ante quintum facito vbi venter murmurauerit.
rit. si non à medicamento abstinero. Dixit (intra quintum si venter
murmurauerit) idest si humores sunt mobiles fusique in ventrem inclinantes,
nantes, purgabis cito antequam ad aliquam partem confirmentur, non
statim, ac illico, sed intra quintum, vt sit interea locus alicuius comparationis,
rationis, vel præparationis si fieri posset, sin minus abstineto, idest quòd
firmati fuerint, quod non murmurat venter, non nisi post 14. (vt monet)
net) vt concoctionem sint adepti, est autem turgere, quando furiosa est
1 aph.22.lib. quos, quãdo & quib. &c. motio humorum vaga hinc indè errans, & agitata, in partem incertam
fluens, quod furentibus, vel ad libidinem incitatis conspicitur, membris
bris hic inde illos expellentibus, & à se ipsis excutientibus, & vt vnico
8 cap. medi. loc 3. & 1. de cril. 9. dicam verbo est idem, ac furere. Huic autem turgentiæ addimus fluentes,
tes, nobilesq; humores, quamuis non turgeant, & Vallesius copiam, &
4.acu.64 76. malignæ qualitatis suspicionem. At Manardus Ferrariensis veritatis, &
veræ medicinæ magister, præter copiam, & qualitatem addiderat affectum
7.meth.12. ctum locum præstantem, vel propè eum. si enim humores furentes pur-
4 aph.10. gationem accelerant, ne ad principem aliquam partem repant, quanto
to magis id erit agendum, si aliquando illam inuaserint. propterea
pleno iure ipsum sunt secuti Altimarus, Amatus, & Eugenius: viri in re
medica præclarissimi, estque in communi praxi apud præstantiores medicos.
dicos. Quod cum fusissime, satisque doctè ab his sit pertractatum, satis
sit signasse locos. Ad rem itaque redeuntes dicimus regulariter operando,
rando, modo nihil vrgeat in contrarium, humorem putrescentem prius
1 aph 22. 4 aph.22. esse concoquendum, postea purgandum, natura etenim cum primum
1 de humor. com.1. concoquat, postea separet, & demum expellat, facile trahi à medicamento,
mento, non potest materia putrescens, nisi concocta, & separata fuerit,
rit, veluti in non putrescente, meatus sunt antea reserandi, & humor
crassus si fuerit attenuãdus, & incidendus, quòd si bilis, quæ est tenuis humor,
mor, nec habeat à quo aliter retineri possit, putrescens, nisi fuerit euicta,
cta, atque concocta ab ipsa natura, nec ab ea rectè expellitur, nec pur-
4.acut.4. gantis medicamenti vi facile trahitur, quanto magis alij humores, qui
6.epi.3.25. de tot. mor. temp.3.1. ex 2.aph 17. & 11.meth. 8 9. crassiores eductioni repugnant magis? & quamuis tum bilis, tum alij
humores coctione crassescant, non est, quod ægrius trahantur; esset quidem
dem certe si illa crassities ortum duceret aliunde potius quam ab illa naturæ
turæ actione. Hoc enim opere peracto pars ad priorem bonitatem reuersa
uersa retinetur ad corporis commoditatem, aliam facile, ceu noxiam

expellit

expellit natura medicamento attrahente, licet crassior euaserit. Quod si quis instaret, quod Galenus velit libro quos, & quando, & quibus medicamentis purgare oporteat &c. tenuium, & aquosorum inter initia vacuationẽ faciendam esse; crassorum, & tenacium concoctionem expectandam dicerem, vel hoc dixisse collatione ad tenaces, crassosque humores, vel vt scribit Vallesius, quod sit textus de serosa superfluitate, (quam ichora vocant Græci) materia hydropis, Ascitis, non de bile. Dicant quicquid velint Amatus, Bertosius, & Valleriola: satis enim probauit ille Altimarus, alijque Germani Medici putrescentem bilem ante purgationem concoquendam esse, quod de ichoribus sentiendum non est cum Vallesio: est etiam comunis practica, quod concoqui non possint magis quam aqua. At si instabitur eum de bile locutum esse, quod nomine humoris materiam illam nuncuparit, sitque, vt ipse dixit, humor perquàm tenuis, alioquin esset quintus humor præter omnium opinionem. Posset responderi ichoras ad pituitam referri, cùm sit sanguis crudus, vt 3. de Hist. anim. 19. legitur, vel ad genus cuius est ichor, ad partem illius minus elaboratam, quòd quiuis humor propositũ ichorem habeat, vt 6. epid. scribit Galenus, vt liquido constare possit non de bile, sed de ichoribus esse textum, nec dari propterea quintum humorem. Hanc autem præparationem, siuè concoctionem non requirit venæ sectio (vt ad nostrum institutum redeam. Proinde putrescentibus humoribus non dum concoctis, sed crudis existentibus etiam administratur, vt 2. aph. & 9. lib. metho. clare liquet, quod in euacuatione quæ fit medicamento purgante, purgationem vocamus, non admittitur nisi quid maxime vrgeat, vt diximus. Quòd si quis diceret quomodo in præsentiarum in cruditate venæ sectionem recepimus, qui antea ex veterum testimonio eam non admisimus, responderem venæ sectionem non requirere concoctionem humoris, qui est euacuandus, sanguinis nimirum, vti purgatio succorum, quos electiuè educit medicamento purgante, nec præter ea aliorum humorum putrescentium concoctionem, siue maturationem, vel sit bilis vtraque, vel pituita, cum possit administrari, antequam sint à natura euicti, etiam in morbi initio, quod fieri non licet in purgatione ex Hippocratis præcepto. Verum impediri posse hanc venæ apertionem nimia crudorum humorum copia, plurimum distantium à natura sanguinis in corpore accumulata, vt vires exoluat, aut ab ea quæ fuerit in ventriculo, aut primis venis nisi fuerit illa absumpta prius, & hæc educta, aut vomitu si fuerit in ventriculo, fierique poterit, vt educatur, aut Clystere si in intestinis, & exinde posset eo auxilio educi. Etenim, vt contenta in ventriculo, ibique fixa non possunt clystere subtrahi, & quæ in intestinis vomitione excerni, nisi vi morbi, non seruato naturæ ordine, vt in Ileo, ita pluries, nec quæ in ventriculo sunt impacta fixavè vomitione, nec quæ in intestinis, primisque venis, clystere licet educere. efficacius erit proinde medicamentum per os exhibitum,

lib7. cap. 1 in contr.
lib. 1. cen. 1
lib. 3. sue methodi. 8.
3. loc comm. cap. 16. in que sit. V concoct.

Sylu. in com men. de feb de cõis pit.

com. 2 37. & 8. de plac. 5 com. nostr de 1 um. c. 8

1. de hum cõ men. 11 p g. 105. & 4 aph 12.

6. aph. 44 3. de symp. cõmunis.

:x6.fan.tuē. c. tum, cuius facultas non pertranseat fines ventriculi, & venarum ad ipsum peruenientium quale est Diaaloe Galeni quod Hieram, & Picram vocant, quod, vt facilius explicetur altius, aliquanto initio sumpto dicimus concoctionem perfectionem esse, quæ fit à naturali, & proprio calore ex oppositis passiuis, quæ cuique materia existunt, vel actionē esse c[illegible]loris innati in qualitates, quæ patiuntur, & huius duplicem esse differētiam, vt alias in præsentiarum omittamus, alterā eorum quæ secundum naturā se habent vti alimentorum, quæ nil aliud est, nisi alteratio nutrimenti in propriam qualitatem nutriti, siue deductio quædam in propriā concoquētis substantiam. Cruditatem, contra, esse quæ in hac alteratione exquisitam non est sortita elaborationem, aut nec inceptam, aut diminutam, aut corruptam in prauam qualitatem versam, in quorum albo ad actionem diminutam sunt frigidi, crassi, & lenti humores, qui ad genus pituitæ reducuntur, & demum omnes alij, qui non solum in prima, & secunda, sed etiam in tertia concoctione exactam, perfectamque concoctionem elaborationemq; ab innnato calore, non sunt consecuti. Alteram vero eorum, quæ præter naturam sunt, hoc est humorum morbos facientiū alteratio, quæ maturatio propriè dicitur; estq, alteratio quædā impediēs putredinem remanente substantia. At Hipp. vsus est concoctionis vniuersali vocabulo, in qua signatione, & bilem, & pituitam, & catarrhum, & corizam, & ichoras nunc cocta, nunc cruda dicimus; cocta quādo natura ea vicit, ac superauit, illisq; dominatur, & facta fortior permutauit pro suo robore, vt illam retineret, sibiq; similia redderet, qui est eius præcipuus scopus; cruda vero quando minimè euicta, quæ tamen in hoc differunt, quia pituitæ, & crudorum humorum putrescentium, quæ pars priorem naturam, ac statum est assecuta, & prorsus cocta, reliquumq; perfectionis adepta, corpus nutrire potest, ichores autem, & pus, bilisq; vtraq; nequaquā licèt perfectè sint cocta, ac maturata, conueniunt tamē quoniā ea pars, quæ est corrupta, & ad priorem naturā, ac bonitatē redire non potuit, est omnino, vt bilis, pus, ichor euacuanda. Venæ itaq; apertio, vt contradictionē soluā, & locorū verum sensum explicē, nec sanguinis, nec putrescentiū humorum siue sint pituita, siue bilis aliqua concoctione requirit, impediri tantū potest à cruditatū copia, quę ad pituitæ genus referuntur à natura sanguinis plurimū distantium, vt vires officiant, præmantq; vel qn̄ erit illorū congeries in primis venis, vt antea diximus; contra verò purgatio putrescentiū humorū, sint quicumq; maturationē exposcit, quod Hipp. monuit. Ideo dicebat Auic. & si natura non mouet moue tu hora motus eius, diceret aliquis Principem inferre voluisse si natura non mouet die critica (nam hæc dies est hora motus eius) moue tu ea die, quod haberet locum, quando in illa die non sit futura maior afflictio, nec crisis aliqua, quod scripserat Herculanus, quem secutus est Manardus, Iugrassias, Valleriola, Amatus, & Vallesius viri de re medica optime meriti, horumque sententiam, nec Auicennæ, nec Hippocrati oppu-

Marginal notes: :x 1.epid.2. 34. | :.de nat. fa. cul 9. | :.acut 44. | 1. meth 8. | 1. & 2. aph. 17. | .art.me.38 | .aph.22. | .acu.44. & | .epi.2.48. | aph.17.11. | :eth.8.9. | aph.22. | com. fcb. | 13. epi. 1.

oppugnare, quando neque die critica, neque propè eam. Sed longius purgandum esse monuerunt, quod intellexerint isti de die in qua actu fit crisis, quo tempore nihil agendum esse, est res apud omnes confessa, non autem de diebus, in quibus illa fieri soleat, modo certo sciatur natura, eo in die iudicium non esse facturā, quod dies critica dicatur, non solum in qua fiat crisis, sed etiam in qua plurimæ, & fideles contingere soleant, vt scribit Galenus, quorum euentum præter concoctionem crisima signa prænunciant, vt legitur in libro de crisi. Sed Bellunensis interpræatus est moue tu motu simili, vel conuenienti motui eius, idest si ipsa non mouet, moue tu per illam regionem, per quam habita ratione ad morbum, morbificam causam, & affectam partem natura deberet mouere, quia quo natura vergit, eo ducere conuenit. At satius est mea quidem sententia dicere secundum Herculani interpretationem moue tu hora motus eius, idest cum materia est concócta, siue euicta ab ipsa natura: tunc enim mouet ipsa, vel mouere sólet, nam vt diximus concoquit primum separat postea, & demum expellit, quo tempore crises fiunt, ac si dixisset, si imbecillis fuerit natura in expellendo, postquam concoxerit morbificam causam, quoniam defatigata nimis, moue tu eo tempore quod iam concocta, & euicta est materia, vt expiato pænitus corpore citius conualescat æger, seu ob periculum reputrescentiæ ob aliquod erratum si contingerit, quod reuera Auic. voluisse credimus. Quod si diceret aliquis ergo in statu purgãdum, quia tunc perfectè concocta est materia, eo tempore præcipuè mouere solet ñatura, fieriq; iudicia, quod nihil restet ei agendum amplius post concoctionē, nisi expulsio contristantis materiæ, quod tamen contrariæ videtur esse sententiæ 2. aphor. prolatæ qua monet Hippocrates vigẽtibus morbis quiescere multo præstare. Responderem clarè constare medicamentũ purgans exhiberi posse etiam in morborũ statu; nã in ijs morbis, quorum materia non seruatur ad vnam criticam expulsionem, quia paulatim coquitur, & excernitur humor à quo morbus ortum ducit, ac fouetur, in dubium res verti non debet; quoniam tẽpora & symptomatum, & materiæ cruditatis, siue concoctionis non coincidunt, & facti ijs mitioribus, morbidoq; humore concocto, morbus fere solutus vidētur in statu, expurgata in dies materia à qua ortum ducebat, quod fieri videmus in inflammationibus, in quibus pus effluit quod iam est confectum, & in vulneribus quibusdam, in peripneumonijs, laterisque doloribus. Propterea hos ęgros plenius cibandos esse scripserat Hippocrates 1. acut. quo magis statum attingunt, secus ac illi, qui ad vnam criticam expulsionem seruantur, de quibus in 1. aphor. 8. sectione fuit locutus. Si quidem, (vt ad rem reuertar) si in statu à purgantibus medicamentis abstinendum esse consuluit, fuit in caussa, quod virtus eo tẽpore fatigata laboret, sintq; omnia vehemētiora vt hac de re nobis consulat melius esse per initia vacuare; hæc autem cũ in his morbis non contingant, concludi debet iure merito eo statu

3 acut com. vlt. in grass. de dictis c.15

aph. 8.

2. aph. 29.

tem-

tempore, quam maxime conuenire medicamentum purgans, est namq; materia concocta post morbi progressum, virtus facta validior ad statum vsque, quòd iam efluxerit, effluatque in horas, quæ iam est concocta materia, qua de re, & morbus, & quæ ipsum insequuntur symptomata facta sunt remissiora. Quinimo, non solum in hoc statu, quoad materiam, sed etiam in illo qui consideratur quo ad symptomata quando ipsa sunt vehementiora, morbificaque caussa fuerit cruda; quod sit morbi initiũ vniuersale, medicamẽtũ purgãs esse exhibendum iure præcepit Gal. 1. acutorum, quòd virtus sit valida, & symptomata remittantur caussa sublata, vt antea diximus quando in dolorificis affectibus de euacuatione fuimus locuti. Hinc factum est, vt velit Galenus pleuriticos purgandos esse, aut ab initio in statu ratione symptomatum, quando cruda est materia, prima interdum die 2. 4. & interdum 5. aut in morbi statu quoad materiam quando adest symptomatum remissio, & materia ad perfectam maturitatem fuerit perducta. Vbi illud videtur animaduertendum primæ, & quintæ dici ad verbum illud (interdum) appositum esse, non secundæ, nec quartæ, quia in illis rarius, in istis sæpius, medicamentum sit exhibendum, quod in 5. vt plurimum sit maior afflictio, quia morbus à biliosa fluxione ortum ducit, & 3. quoque die paroxismos habeat, & prima die coniectura non possit assequi, num morbus validioribus egeat auxilijs, nec ne, & an satis possint esse fomenta, latentes enim morbi opinione pòtius censentur, quam arte, dicebat vetustissimus Hippocrates vtque sit locus alicuius præparationis, & concoctionis antea humorum si fieri poterit. propterea idem author dicebat hos purgato intra quintum, aut intra hos fines, & in hac latitudine, ea die qua purgare melius visum fuerit, prout res vrgere videbitur, hoc peragatur: Cæterum in alijs morborum generibus, vt qui una critica expulsione terminantur, nullus debet esse dubitationis locus, quod etiam in statu possit, debeatq; medicamẽtum exhiberi, licet enim in his tẽpora coincidant vniuersalia, vt in vniuersali principio sit imbecillis tertiana febris, leuissima symptomata, & cruditas, siue obscura concoctio; in augmento, tum febris, tum symptomata aucta videantur, & concoctio manifesta; in statu ad summum magnitudinis febris, ipsaq; symptomata, & perfecta concoctio, tamen morbifica caussa facilius educitur, modo virtus non sit multum imbecillis in symptomatum, quæ medicamenti administrationem impedire posset, quod cocta materia naturam habeamus vacuationis adiutricem. etenim si quando sputum est summè citrà coctibilatem glutinorum, quando est summa cruditas, cum validissimis symptomatibus, vt est dolor assiduus, qui fomentis non remittitur, medicamentum dandum esse præceperunt Hippocrates, & Galenus, quanto magis in perfecta humorum concoctione, quod propterea facilius subducantur, licet adsit etiam symptomatum magnitudo. non inficias tamen ibo multo magis hoc agendum esse quando

statuș

tex com 33. cap 1.

2 acut. 11. & 4 acut. 76.

1 aph. 12. 2. febr. 9.

lib. de flatib.

4. acut 64.

3 acut. vlt. 1 de crisi. 18. fusiss.

acut. 33.

ſtatus adeſt concoctionis abſque ſymptomatum coincidentia, dicebat propterea Auicen. & ſi natura non mouet moue tu hora motus eius, ideſt in ſtatu, quippe in ſtatu eſt hora motus eius. Plane quibus humor eſt coctus, licet morbi adſit vigor, quoniam vt onus iners non expoſcit niſi auxilium quo foras educatur, & natura expellente, abſoluto concoctionis opere, & medicamento attrahente facilius ſubducitur, tantum abeſt, vt medicamenti exhibitio obeſſe poſsit; vt profit quam maxime, multoque magis ſi ſymptomatum magnitudo non obſtiterit, ſitque materiæ copia, quæ opem medicamenti purgantis expoſcat. Sed dubitari etiam poſſet quod medicamenta purgantia humorum concoctioni aduerſentur, vti ſcripſerant veteres, quia corpora frangunt quare obeſſe plurimum in morbi ſtatu exhibita poſſet quilibet dicere. De medicamentis loquimur illius tempeſtatis, quæ valida erant, non de his quæ habet hæc noſtra ætas, vt eſt caſia ægyptia, ſyrupus roſaceus, & alia huiuſmodi, quæ nec diſſoluunt corpora, nec conturbant humores, vt ſcribunt Neoterici, niſi eſſet verum monuiſſe eos illud contingere in morbi vniuerſali principio, quando cruda ſunt omnia, non autem in ſtatu. Dixerat ſiquidem non eſſe dandum pharmacum quando vrinæ inter initia, ideſt in illis primis diebus à morbi inuaſione (ſtatim dixerat in aphoriſmis) exeant tenues, ideſt crudæ, ſed quando nebuloſæ, & craſſæ, ideſt, coctæ, ſi non adſit aliquod ex contraiudicantibus, quod prohibere illud poſſet, quod clariſsime explicauit comm. 44. Galenus iuxta præceptum, & normam vniuerſalem, concocta eſſe medicanda, vt propterea mirari liceat cur dixerat Altimarus, Hippocratem, & Galenum intellexiſſe de tempore morbi poſt principium vniuerſale, quando natura concoctioni vacat, quamuis aliter poſtea ſentiat. Quod ſi quis inſtaret dicens Hippocratem, & Galenum venæ ſectionem & medicamentum purgans commendaſſe in morborum principijs, quod non feciſſet quidem, certe, ſi quando humores ſunt crudi, recrudeſcerent magis à medicamento exhibito. Reſponderi poſſet ob copiam peccantis humoris, quæ maxime vrgeat in morborum principijs, conſuluiſſe purgationem peragendam eſſe in aphoriſmis, quod niſi minoretur, maturari facile non poſsit, ſcopus nanque vrgentiæ cum ſit præcipuus vniuerſalia præcepta interſecat, quam vrgentiam ex materiæ copia non ſupponens in libro acutorum vniuerſale præceptum eſt amplexus, etenim medicamentum purgans vti confert concoctioni humorum, quando in morborum principijs materia multum exuberat, ſic obeſt quando non eſt ea morbidorum humorum copia, commouet nanque totum corpus, qua de cauſſa concoctioni aduerſatur, quòd quieſcere oporteat, quòd coquitur, minor autem fit commotio in materiæ copia, quòd virtus grauata à multitudine auxilietur expulſioni, & eſt iuuamentum maius quam noxa. Quare iſtos iuuat plurimum quies, ideſt, à talibus euacuationibus abſtinere, & ab exercitatione remiſsio. Scribit enim Hippocrates, concoctioni humorum conferre

Amat⁰ 1. … 16. Planti… in annot. … per aph 2 … ſect. 1.

4. acut. 44

1 aph. 19.

4. acu. 44. 48.

nimis, corpus quieti committere, vngere, & æqualiter contegere, sed non
4 Acutorum omnimodæ quieti, quod putredo viuentium curetur, vt ipse Gal. scribit;
44. 48. moderatis motibus, sed quæ opponitur exercitationi, quæ vt ipse monuit
11. Mach. 8. est motus vehemẽs, cuius terminus est anhelitus, alteratio febricitantibus
2. San. tu. 2. maxime nocuus, vt in methodo legitur, & in epidemijs de prodico. Siquidem omnimoda quies cunctis semper obfuit, non autẽ ea, quæ cum motio fit, quies etiam nuncupatur. Hinc 6. epidem. dicebat, calidis natura aquæ potio, refrigeratio, quies, non omnis motus carentia, sed motiones quasdam, idest non exercitationes, quo modo intelligendos esse Galen. & Hipp. locos, & in eius dictis controuersiam soluendam esse opinamur. Dicetur (vt ad purgationis tempus reuertar) nonne multo præstat in declinatione illud exhiberi, quòd iam est absolutum pænitus concoctionis o-
2. 14. mach. pus, & symptomata ad summum sunt remissa, & in statu sit natura adhuc
6. 6. Epid. 3. occupata maxime concoctioni? Sed responderi poterit verum illud esse
31. si morbus dabit inducias; verum enim vero si timor erit ne antequam principium declinationis attingat morbus, ægrum de medio tollat, in statu erit propinandum potius, ne dicam etiam in augumento, præcipuè
5. San. tu. c. medicamentis nostræ tempestatis; sed quid quòd in statu quiescere mul-
11. to melius esse dixerat. Dicerem illud melius esse in statu quiescere (id
4. Tex. 15. est à magnis euacuationibus abstinere, non autem nihil agere) significare idem, ac si dixisset purgandum esse in morborum principijs, purgandum etiam in statu, sed melius esse in hoc quiescere. Præstat enim purgare in morbi initio, quam in statu, vt factis in illo euacuationibus, quiescamus in statu, quòd comparatio fit in genere analogo, ac si dixisset bonum est in statu purgare, sed melius est in principio, vt in statu quiescere liceat, quod si ab initio factum non fuerit, vel quod non semper ab initio ad ægros vocamur, vel quæ adsit aliquod prohibens, immineatque periculum, ne ante declinationis tempus vi morbi succumbat æger, bonum erit quidem certè purgationem in statu moliri: Cæterum illud vnum addam, vt omnis auferatur scrupulus. Galenum scriptum reliquisse locum Hippocratis 1. acutorum, esse de morbi vigore, quia dolor erat assiduus, nec calidis fomentis remittebatur, quod confirmatur ab Au-
1. aph. 8. gustino in epistolis, sed Vallesium opinari esse de morbi principio, quæ
. Aph. 29. morborum tempora multum inter sese differre est rès apud omnes con-
Lib. 1. epl 1. fessa, verum omnes rectè sentire, nec inter ipsos aliquam esse cõtradictio-
1. Acuto sup. nem, natura quoad materiam est in principio vniuersali, quæ cruda, &
3. Ar tued. quoad symptomata in statu, quòd sit morbus de illis, qui non terminan-
. aph. 47. tur vnica critica expulsione. Neque illud prætermittendum esse videtur Turrisanum virum alioqui doctissimum maximè hallucinatum esse, quòd velit symptomata, quæ fiunt in morbis, ratione naturæ lacessitæ intendi in statu, vt in iudicijs, quæ autem ratione morbi eo tempore contingunt ijs, qui seruari debent, fieri remissiora, veluti in pleuritide, vt

ipſe exemplificat, quódque ſubdat quæ in puris confectione intenduntur ſymptomata eſſe in morbi incremento, non autem in ſtatu. Siquidem illa ſecũda propoſitio falſa videtur, vniuerſaliter prolata, nec exemplo vnius debet vniuerſaliter concludi: licet namque ſit vera pro morbis, quorum materia paulatim coquitur, & expellitur, vt eſt pleuritis, falſa eſt quidem certe pro alijs morborum generibus, qui vnica ſolutione terminantur. Qui ſi Galenus 2. aphor. ſcriptum reliquit, morbum dum viget nõ eſſe omnino fortiorem, ſed in ijs qui ſeruari debent, multo meliorem quam ab initio, hoc eſt quemlibet morbum in ijs, qui ſeruari debent mitiorem eſſe in ſtatu, & proinde ſymptomata remiſsiora. Dicerem id eſſe ſane, ac ſi vellet inferre, in ſtatu ſalubrium, morbum eſſe mitiorem, quæ concocta eſt morbifica cauſa, ſed non eſſe remiſsiorem, ideſt, non eſſe ſymptomata remiſsiora, quam in morbi initio, pure namque confecto in abſceſſu materia eſt concocta, & euicta; ſed tamen magna ſunt ſymptomata, dolor nimirũ, & febris, vt ſcribit Hippocrat. at non propterea quòd ſymptomata ſunt grauiora, deteriorem eſſe morbum concludere decet, cum fiant quandoque non ſolum vi morbi, ſed etiam natura morbificam cauſam exagitante, & expellere ſatagente, nec minus falſa videtur alia eiuſdem opinio, quod dolor, & febris vehementiora fiut in incremento, & non ſtatu inflãmationis, namq. vt clare docet Galen. lib. de humoribus, & etiam de totius morbi tẽporibus, cum pus conficitur, tunc dolores maximi partem apprehẽdunt, febriſq. infeſtat, quam pure confecto, & vocatur illud tempus affectionis, vigor remittitur autem in totius morbi declinatione. Veriſsimũ eſt ſiquidem morbos, qui terminantur vnica critica expulſione, vt febris, & abſceſſus in ſtatu habere ſymptomata vehemẽtiora, quòd intus ſit materia collecta, quæ putreſcens à calore natiuo maximè concoquitur, & ad concoctionis terminum perducitur, principeſq. partes magis laceſsit, in alijs vero morborum generibus, vt in latis vulneribus pleuritide, & alijs huiuſmodi morbis eſſe multo remiſsiora in ſtatu, quòd morbifica cauſa in horas ſit cocta, & ſic paulatim excreta, vt diximus. Poteſt itaque materia (vt ad penſum reuertar, & orationis meæ filũ proſequar) expelli, ac ſubduci in ſtatu, cum vrget neceſsitas, vt taceam in præſentiarum de incremento quod negauit, ſed non probauit Valleſius 4. meth. recepit tamen in cõtrouerſijs, ac etiam in declinatione, quando induciæ admittuntur, quod alias ſcripſimus; quoniã id rectè à natura, quam bene operantẽ imitamur, fieri videmus, quæ cõcta, & plenè euicta ſemper bene expellit; crudã autem nõ ita. Proinde Hippo. 2. epidem. dicebat. Decernẽtia in melius ſtatim (ideſt in cruditate. i. in princip. vniuerſali quod cruditate circũmſcribitur) ne appareant? Quòd ſi inſtabitur legi multa iudicia cõtuliſſe in crudit. ſanguin. profluuio è naribus in lib. de præcognit. ad Poſtumũ de adoleſcẽte, & de Metone 1. epidem. ſudore de vtero gerentes 1. epidem. De Pythione, & de eo qui in Dealcis orto decũbebat, hic. n.

2. Aph. 47.

1. de hum. 3 pag. 60. lib. de tot. morb. tempor. 3.

1 de cris. 17. 18. lib. de tot. morb. temp. 3. ide hum. 3. 24.

4. Mat. 2. pag. 181. 7. contr. 14. & 4 acut. 64.

1. parh. 1. 12. 14. aph. 22 1. epid. 2. 27.

1. de cris. 7 Zacchinf lel gas in 9. ae Almas de spaſmo, & criſi. Com. 3. ægr. 7.

1.epid. 3. 13 pluries vtiliter, ſed imperfectè ſudore fuit iudicatus, cæterum penitus
fuit iudicium abſolutum 40. die, etiam quod non aderant ſigna conco-
ctionis, aut planè exigua, & de Anaxione qui cum ſæpe ſudore oborto
3. epi. 23. leuatus eſſet, fuit plene iudicatus die 34, & de Cherione, qui ſeptima die
27. 29. ſine ſignis coctionis imperfectè, ſed vtiliter; vigeſima autem criſi e fuit à
morbo prorſus vindicatus. Dicemus dari motum, & excretionem criti-
ex 1.febr. 6. cam abſolute, quæ fit in ſtatu quando perfecte concocta eſt materia; verè,
de pur. ex & abſolute ſymptomaticā quando eſt penitus cruda, & quicquid excret.
2. de ſymp. fit tantum vi morbi, omniaque in malum tendunt; & mixtam quando
cauſis 1. de partim eſt cruda, partim cocta, & natura irritata, qualitate, vel quantita-
actionibus te materiæ, vel vtraque expellit partem peccantis humoris, quam cenſe-
læſis ſympt. re debemus eſſe profectò, quæ eſt maturior. Hinc fit iudicium minus abſo-
Montanus lutum, & imperfectum, quod ſi nocet, iuuat, quia morbus fit mitior, vt di-
in conſil. ximus, quandoque tamen obeſt, cùm cocta multum exuperat cruda, ſic è
Trinc. de fe contra iuuat quando cocta crudam, eſt ſiquidem magna latitudo, multi-
br. peſtilen. que ordines in hac differentia, vt in pure, de quo Galenus 1. febr. ſcripſe-
Roboretus rat: in hoc tertio genere continentur, quas diruptiones, ſeu præruptio-
Maſſ. Bottonus. nes vocauit Hippocrates. Proinde dicebat in epidemijs decretoria non
decernentia, aut lethalia, aut difficilis iudicationis, hoc eſt ſi superuenit
criſis, & non ſoluit morbum, ſi nihil iuuat eſt iudicatu difficilis, ſi in con-
trarium repit, eſt lethalis, vt legitur in prorrhecticis, vel vt in epidemijs
difficilis iudicationis ſi ſine ſignis lethalibus adſint ſigna crudorum hu-
morū, læthalis, ſi qua ſymptomata accidunt lethalia, ſi quidem difficulter
ſoluetur, vel per abſceſſum, vel per plures, & difficiles alias criſes, quia vt
eſt facilis expulſio coctæ, & bene maturatæ materiæ, illā veluti onus ex-
pellente natura ita difficilis, quādo diminute eſt cocta, & difficilior, quā-
do eſt penitus, cruda, hac de re fiunt criſes nō abſolutæ, & in eodem morbo
pluries contingunt, vt in Anaxione, & in alijs de quibus ſuperius viſum
eſt. Facilèque reuertitur morbus, quia quæ præiudicata ſunt ſi crude iu-
1.epid. 1. dicata fuerint; recidiuæ fiunt, vt ſcribit Hippocrates, relictis partibus non
1. aph. 12. euictis quorum cauſſa redeunt, eodemque modo; quæ nam ſalutis ſpes eſſe
1. ad Glauc. poterit quando fit criſis, adſuntque lethalia ſigna? Propterea ſymptoma-
14. ticas excretiones bene conſiderandas eſſe aduertit Galenus in Commen
1. aph. 13. tarijs de humoribus dicens, ſiue cruda, ſiue frigida, ſiue fætida, ſiue liqui-
1. epi. 3. 18. da, ſiue ſicca, ægrotus facile ferat, cohibenda non eſſe, at ſi ille ægre; & dif-
1. epid 3. 42. ficulter toleret, ſupprimenda; hoc eſt ſi fuerit excretio ſymptomatica,
6. epid. 2. 17. non quoad regionem, neque quoad ſpeciem humoris, neque quo ad co-
. lib tex. 22 piam, quæ in hac ſemper cohibenda, ſed tantum quo ad tempus, quia
materia cruda, tunc tolerantia, & conferentia ſunt conſiderandæ quod ſi
ægrotus facilè ferat, conferatque eſt ſinenda; ſecus ſi ægre. Damnantur
namque huiuſmodi ſymptomaticæ excretiones ob cruditatem, quòd ſint
iudicia naturę laceſſitæ ab aliqua praua diſpoſitione non ſimpliciter, ſed
reſpectu criſicarum quæ fiunt poſt perfectam concoctionem, vt ſcribit
Robo-

Roboretus. Hac de re semper animaduertendum esse reor, non esse illico supprimendas has excretiones quamuis fiant vi morbi, est siquidem in auxilium quandoque, quod præter naturam habeatur, vt febris conuulsioni à plenitudine ortæ, atque paralysi, arthritis ex fluxione ad artus, partibus principibus; & bilis vomitus in tertianæ febris accessionibus in morbi initio, & in cholera aluj perturbatio. Sed vt ab initio præcognoscamus, quas cohibere debemus, & quas sinere symptomaticas euacuationes quod ex tolerantia nimirum quod viribus non officiant, & conferentia, quod morbum minuant temporis progressu obseruatur, regio imprimis est spectanda, per quam fit excretio, & ad quam partem tendat, an illa côueniat morbo, parti affectæ, & causæ morbificæ, sit etiam excretio per plures partes, an per vnam tatum, placide, an magno cum impetu, postea vero considerandus est istarum excretionum modus; quando enim plus detrahunt viribus, quam morbo, vel vires valde prosternunt sunt cohibendæ, maxima tamen cum consideratione, cum huiusmodi materiam naturam irritantem adeo retinere sit malum, ideo si aliud non prohibeat, medicamento, quod purgando adstringat, roboretque partes, id fiat, cuiusmodi est rheubarbarum, syr. rosaceus de rosis rubeis, tamarindi, omnesq; myrobalani, vt monuit Ingrassias nosque pluries, & præsertim Carolini experti sumus in Anibale Simonetta nobilissimo viro, vt fluxus fluxu, & vomitus vomitu curari clare constet, remouendo caussam fluxus, siue vomitus. Hic nanque cum in media ætate duas tertianas continuas pateretur vehæmenti cum diarrhæa, maximaque virium iactura in exacerbationis initio ad statum vsque inuasionis, bilis tum porraceæ, tum vitellinæ, exhibito medicamento intra quintum, quando tenues erant vrinæ, nec sedimentum, nec nebulam habentes, fuit, & febris, & diarrhæa soluta; adfuerunt mecum pericitissimus Io. Laurentius, Carolus medicus Tarentinus, & Cæsar Quaranta Cryptaliensis. Quando autem plus morbo detrahunt quam viribus, aut æque ferente virtute, vt sit salutis spes, sinendæ: verum si morbum minuunt, & vires parum lædunt, nec fluunt pro morbi, & caussæ magnitudine, quod euenisse Metoni, memoriæ proditum est, augendæ medicanto purgante si erit per aluum fluxio: aut absoluto naturæ munere, aut interea medicamentis, quæ adiuuent expellentem naturam, vt diximus de rhabarbaro. Dicimus ergo, vt ad nostrum propositum reuertamur, conferre interdum has mixtas excretiones tum quia minuunt materiam, quæ vel copia, vel qualitate obest, vel obesse posset, tum etiam quia partes maturatæ morbidorum humorum excernuntur, licet cum illis etiam aliquæ crudæ, nunc maiori, nunc minori copia, relictis intus alijs a natura nondum euictis. Quod ad modum coctionis, quæ fit in ventriculo contingere videtur, hic enim quandoque, aut quantæ, aut cibi corruptione grauatus, per superiorem, vel inferiorem regionem, aut per vtranque, vt cholera, crudum, aut corruptum alimentum excernit, licet aliqua cum noxa, atque labore, quod contulisse multum rei euentus docet, sæpè

de febr. pericul. pagin. 352.

2: de natur. hum. 5.

Roboretus

lib. an 6 di purg. c. 8.

1. aph. 20.

1. epid. 3. ægrot. 7.

Cibi.

sæpe autem quamuis totum alimentum simul concoquatur, & in chylum vertatur partes aliæ prius, aliæ posterius separantur, & concoctæ digeruntur, à quibus reliquæ distribuuntur etiam, postquam concoctione fuerint adeptæ. Fit propterea, vt velint Medici cibaria facilioris concoctionis præferenda esse, vt scribit Galenus, quamuis hac in re aliqua imaginetur Franciscus Valleriola vir alioqui doctissimus. Contingit namque in morborum initijs, vt quandoque humor sit partim coctus, partim crudus, vel ratione locorum, vel etherogeneitatis materiæ, quamuis ob prædominium omnia videantur cruda; Hac ratione motus Alfonsus Bertosius Fanensis vir in re medica clarus in morborum principijs quandoque medicamentum quod electiuè educat exhiberi, posse testatur, cum possit esse humor alicubi coctus, toto morbo adhuc crudo, vt legitur in Epidemijs de Pictoris ancilla, vel quia pars sit alia robustior, vel materia etherogenea, cui addendum censemus, vt supra diximus, quod pluries id fieri deceat ratione vrgentiæ, cuius indicationem omnium primam esse apud omnes est in confesso, non solum ratione turgentiæ, quod apertè docuit Hippocrates, sed etiam ratione copiæ vel qualitatis, vel partis præstantiæ, aut alio, quouis nomine morbidus humor, vitæ periculus afferre posset, vt etiam quando fluit ad aliquam partem, licet non turgeat facturus magnum morbum. Quamuis enim sit regula, & vniuersale præceptum Hippocratis cococta medicari oportere, non est tamen illud perpetuum, quod nullum præceptum practicum sit perpetuum, sed doctrinale. nec aliud quodlibet sit, tam firmum, quod ratione vrgentiæ exceptionem non habeat, vt illud vtero gerentes vena secta abortum patiuntur; non medicandum sub cane; pueros non esse phlebotomandos, in pleuritide venam secandam esse ex eodem latere; & epiplouni si foras promineat præcidendum esse, quia necessario computrescit, hæc enim suas habent exceptiones, & ratione vrgentiæ coarctantur, quod multa sint in arte, in quibus vrgentiæ causa, sit ars ab illa recedere, quod ad rationalem medicum, qui non curat veluti Nauta, vt aiunt ex commentario, sed à legibus solutus, vt dictat ratio, ipsaq. occasio, maxime spectat. Hinc iure merito Philippo Secundo Hispaniarum, & noui Orbis Inuictissimo Regi quinta die medicamentum fuit exhibitum; erat autem hoc dies minus molesta, sed nondum cocta materia: Nam si natura in his casibus nullius auxilio incoctam materiam vtiliter expellit, vt diximus poterit etiam magis artis adminiculo, quod Metonis historia, in quo vrinæ erant prauæ, quia subnigræ, & crudæ, quia tenues, satis probatur, qui tamen sanguinis per nares profluuio, quod adiuuit Hippocrates capitis lotione absolutè fuit iudicatus. Nec Galeni locus 1. ad Glauc. Huic Hippocratis præcepto quod admodum historiæ memoriæ prodidit, est contrarius quando dixerat, si fuerit febris cum diarrhæa, etiam quod non sit euacuatio pro multitudinis ratione non esse venam secandam, nec medicamentum exhibendum, ac si

Marginal notes: caut. 22. 2. | im. 11. 19. 4. | simp. cais. | de simp. ca. | it. 1. | 3. Meth. | ad longum | epid. 2. 84. | math 9. 5. | eth 12. 12. | eth 1. cap. | 5. aph. 18. | acutorum. | alim. 1. 3. | me. pro | nere 4. | lles lib. 4. | meth. 2. | p. 14.

ac si inferre voluisset donec operatur natura, licet imbecillius operetur, ei auxiliandum non esse; Namque, vt alias diximus, cum illa euacuatio sit Critica, non est administranda venæ sectio, ne impediat naturæ motum, nec medicamentum, quod deuorato non sit in nostra potestate euacuationis mensura; Proinde huic merito prætulit sanguinis missionem in cura pleuritidis, quod hæc in nostra sit potestate sanguinisq. detractionem ex cruribus, in febribus admisit menstruis parte fluentibus, licet Pereda nescio quid imaginetur, vel dicendum, quod textus Galeni locum habeat quando iudicatur, ac censetur spontina illa euacuatio, quamuis non sit pro multitudinis ratione, naturam adiuuare posse, vt proinde morbum ex se soluat. Nos autem cum reubarbarum habeamus, myrobalanos, aliaq; huiusmodi auxilia, quæ non nouerat illa ætas, his medicamentis, quæ placidè purgant, adstringunt, roborantq, viscera naturæ, si casus vrget auxiliabimur, quorum ope purgationem in eo admisisset Galenus, si ipsa nouisset, etiam, quod opus paulatim natura esset perfectura, vt certo perficiatur arte, quod in spe erat naturæ, quippe cum Galenus alibi medicamento huiusmodi exigui euacuationibus opem ferat, quod spes non erat illas morbum finituras nec Hippocrates sibimet ipsi contradicit 2. de humor. prohibet enim manum medicam imponendam esse prope indicationem, cum non possint certo sciri quomodo instans Crisis sit futura, an fluxu, an sudore, an sanguinis profluuio, non quando ipsa iam adest, vt de Metone diximus, & 2. aphoris. legitur, siquidem in præsentiarum, si imbecillis est naturæ actio auxilium expostcit. Venæ itaque sectio, vt ad propositum reuertar, in morborum principijs fit magis, purgatio in declinatione, cum cocta est materia, non cum morbi primum inuadunt, nisi materia turgeat, vel, vt rectius dicamus, quod antea diximus, nisi res vrgeat, ea tamen ratione, vt non adsit cruditatum copia ex multorum lentorum, & crassorum eduliorum vsu in magnis venis, non sint flatibus distenta Hypochondria, non eximie calida, vel feruentia, non aliqua subiectorũ viscerũ suspecta inflãmatio, non sit vrina ad bonũ calida, & ignea, nec ęgroti natura medicamẽto repugnet, & humores non sint omnino, ac penitus quieti, quando ergo hæ conditiones non prohibeant, & quæ admittunt sint plures, aut potiores, quamuis non adsit concoctio, medicamentum purgans exhiberi debet si materia turget, aut si res vrget quia quod adest, nõ adeo obest, & quod timetur vrget. Adhunc itaque modum differt administratio, venæ sectionis in morbis magnis ab ea, quæ fit medicamenti purgantis, sed descendamus quæso iterum ad id vnde digressa est oratio nostra.

lib. de vẽ sect. 12
2 acut. 10.
9. meth. 5.
demonstr supp.
5 aph. 14.
1. aph. 22.
tex. 21.
1. aph. 24 lib. quos. & qui quibus & c in fine.
4. acut 16.
2. acut. 11.

Si est morbus magnus, cum plenitudine, qui venæ sectionem petit, quare loco sanguinis detractionis admittit quandoque purgationem? & conferente vtroque auxilio, quando alterum alteri præferri debeat.

Caput I I I.

PLANE vt ad rem reuertar vnde sum digressus, posset quis dicere nostram distinctionem de plenitudine, & cacochymia in morbis magnis, quòd tunc temporis venæ sectionem requirant, nunc vero medicamentum purgans, superfluam esse minusque necessariam, quod pluries in plenitudine substituat Galenus medicamentum purgans, vel ratione ætatis, vel virium; sed responderi posset, quòd in regulari curandi ratione in morbo magno cum plenitudine quantum ad hoc spectat, hec sit, quod contra indicet, sit detrahendus sanguis, vti cum succorum vitio purgatio administratur, verumque in coacta, quando ætatis, vel virium caussa fieri nō posset, purgatio eius loco possit recipi, præcipue medicamentis, quæ aggregatiua dicuntur, quæ vt scribit Augenius omnes humores expurgant. Etenim bile vtraque, & pituita è venis eductis multo minor remanet multitudo, eoque modo hæc admittenda videtur, veluti aromatica casia loco cinnamomi, vt scribit Galenus, vel differant specie, vt scribunt veteres, vel bonitate, & viribus ratione soli, & regionis, vt Neoterici rectius cognouerunt. Vel dicendum hoc admitti in plenitudine secundum quid, & cum adiectione humoris. Nam cum ea sit duplex quo ad vires, & quò ad vasa, hæc autem simpliciter, & absolute dicta quando sanguis, vt quarta substantia abundauerit, vel quando humores omnes æqualiter exuperauerint, aut secundum quid, & cum adiectione humoris, qui iuxta sanguinem, idest humorum aggregantium fuerit auctus, dicetur biliosa plenitudo melanchonica, & pituitosa pro exuberanti humore, quam licet dignosci, vt scribit Galenus, à qualitatibus, quæ naturæ humorum insunt, & à cutis colore, quia humores veluti efflorescunt. Hanc à cacochymia differre hinc liquet, quòd in cacochymia multam adesse humoris copiam oporteat, & non iuxta sanguinem, secus in illa, quod si prætere a prauus fuerit humor, aut corruptus, quod hæc deterior cacochymia dicitur, longè magis differre omnibus est in confesso. In hac itaque plenitudine cum adiectione dicta, quia humores sunt aucti, venæ sectio conuenit, itemque purgatio, quia præterea aliquis alius humor est auctus, vt libro de venæ sectione legitur; quòd si sanguis fuerit missus antea, esse posset, vt purgatio non sit necessaria, quod ille humor parum auctus, sed incisa vena dum sanguine detractus, at si ob ætatem, seu vires illa aperiri non licebit saltem duorum vnum administrari debet, purgatio nimirum loco venæ sectionis, aut vtriusque auxilij nomine, quare fortassis id erat quod dixerat, (largius aluus soluetur) quòd fiat vtriusque ratione. Si enim vires, & ætas permiserint, venæ sectio facienda est ex omnium consensu minimè

aut

Margin notes: ... meth. 6. 13. meth. 4. sani tue. de uenæ sect. 4. — de antido ... s cap. 14. 6. ... n. tuen. 10. — ... ioscor. lib. simp. med. — ... ector Gi... altus in fe... ribus, & ... uidam Ger... anus in in... itu med.

aut eius vice purgatio, poterit tamen hæc fieri postea sanguine prius detracto; quia, vt apud medicos constat quando vtrumq; auxilium confertur, venæ sectioni præferri debet. Dicebat si quidem Galenus inde venæ sectio, quod cum in fluxionibus curationis scopus non sit vacuatio (præcipuus nempe, vt cuius gratia) sed totius corporis roboratio, sit curationis initiũ à sanguinis missione (vt à fine cui) & si excrementa praua fuerint adhibendam esse postea purgationem etiam si neutrius plenitudinis symptomata adsint, grauitas eius quo ad uires, & tẽsio eius quo ad vasa; eodemq; modo (subdit posteà) curationem à vacuatione exordiendam esse in ictu, & magna alicuius partis inflammatione, quouis modo inceperit, sed aut purgatione, aut venæ incisione prout altera conuenire magis quàm altera iudicabitur, quo in loco, vt obiter hoc dicã, quoniam animaduersione dignum videtur, nec à re proposita alienum quod ad venæ sectionem pertineat, pro inflammatione eo in loco omnem flammeam dispositionem intelligendam esse (phlogosis dicitur) siue à sanguine, siue à bile fiat, hæc .n. pluries inflammatio dicta est Galeno quamuis abusiuè, & impropriè, quadere dixit, aut purgatione aut venæ sectione disiunctiuè quòd veræ inflammationi, vt quæ fit ab optimo, & mediocriter crasso sanguine conueniat venæ sectio, veluti etysipelasi medicamentum quod bilem flauum educat, vt idem pluries monuit, vel dicendũ disiunctiuè locutum esse, quòd eidem morbo conueniat quandoq; venæ sectio, quandoq; medicamentum purgans, licèt sit eadem caussa pro loci ratione quod de pleuritide scripserat Hipp. & propterea quãdoq; medicamentum exhibendum, quandoq; venam secandam esse, prout positus exposcit: sed non desunt qui velint in inflammatione præter venæ sectionem medicamentum quoq; præstare cholagogum tum ob partes biliosas in sanguine contentas, tum quoniam cum ipse putrescere incipit, aut assari ad amaræ bilis naturam transit, quod fit quidem, quia difflari nequit materia in tumore contenta, & ideo dictum esse, aut purgatione, aut venæ incisione pro alijs requisitis, vt diximus de ætate, & viribus. Qua in re, vt nullus relinquatur locus dubitationis, vtq; ad orationem vnde digressi sumus reuertamur, si quis dubitaret cur Galenus scripserit vt diximus in huius capitis initio non permittente ætate, aut viribus sanguinis detractionem, eius vice aluum largius soluendam esse, vt fidere magis videatur medicamento purganti, vt tutiori auxilio secus ac scripserat 2.acut.11. & de venæ sect. 12. vbi illam admittit, vt tutius auxilium, hocq; repellit, vt timoris plenum. Vt veluti suimet oblitus eadem de re contraria docuisse videatur; respondebitur nullam inesse in dictis Galeni contradictionem, & vtrobiq; vera docuisse, quòd diuersa ratione, & ad diuersos respectus, nunc tutius, nunc magis periculosum auxilium venæ sectio habeatur, diciq; posit: tutius nẽpè quoad certitudinẽ quantitatis euacuationis, minus verò quo ad tolerantiam. Si quidem vacuationem, quæ fit venæ incisione vbi voles, potes, sistere, ac rursus,

6.epid. 1.6. 4.acut.21.& lib.de rom. aff. dig & cur 4. cap.8.in fine

cap. eodem.

1 ad Glauc ominem vlt.in fi. 2 ad Glauc. 2, in fine. 2 ad Glauc. 1. 14.meth.3. 2 ad Glau.cõs. 2: 2.acut.6. 11.

2.decrisi 12. 2. febr.9.

4.San. tuen. 4. 4 Meth 6. 13. Meth. 6. de ven. sect. 4.

vt iterum fluat permittere estq; magis opportunum auxilium in acutis morbis de quibus loquitur in libris de vict. namq; in acutis, quòd nô excalefaciat, quinimmò refrigeret, Secus autem pharmacum operatur quo semel in ventrem ingesto non est amplius in nostra potestate purg. sistere, quando volumus, febremq; exasperat. Etenim quæ fit per sanguinis detractionem euacuatio viribus magis multumq; officit propter sanguinis naturæ thesauri, ex quo natiuus calor mansionem obtinet, & spiritus vitalis ab arterijs in venas transfusi, effusionē proinde magis quàm purgatio requirit vires validiores, exinde nec pueris, nec viribus proiectis siue imbecillis eam permittit Galenus, sed eius vice monuit soluendam aluum etiam largius, eo quòd minus lædat, vt silentio prætereeam, quòd sanguinis detractio concoctionem aufert, aut ad minus nocet, ac si quis elixandis carnibus ignem subtrahat, quodq; inde morbos producit ob crudos succos, quos hac ratione augere creditur. Nec valet quorundam responsio dicentium venæ sectionem non permisisse pueris, nec quādo vires sunt imbecillæ, secus autem medicinam purgans, quoniam veteres largiter euacuabāt sanguinem vsq; ad sex libras, animiq; deliquium, quod non faciebant medicamento purgante, siquidem licet sit verum, quòd largiter sanguinem euacuabant, est etiam verissimum, quod validis vtebantur medicamentis, & ad lipothymiam, quandoq; purgatione humores ducebant, quod faciendum esse monuit Gal. 1. aphor. in maximis doloribus, sed quia cæteris paribus vires magis officit sanguinis detractio. At si medicamentum purgans magis obesse viribus quis dicat, agitatione, Sciat velim magis eas conuellere sanguinis, & spiritus euacuationem, quæ fit venæ apertione, quam humorum purgationem, licet fiat cum agitatione, cum in illis consistat virium robur, & medicamento purgentur humores, qui noxam viribus inferunt, sanguinem, & spiritus inficientes. Quòd si quis instaret, ne hoc etiam in discussum relinquatur, quomodo sit à nobis toties Hippocr. placitum receptum de medicamento purgante in pleuritidis initio, dolore ad hypochondria descendente cum illud apertè ipsemet detestetur 4. acutorum, nō solum in huius morbi initijs, sed etiam omnis inflammationis sub qua, vt sub genere hæc cōtinetur? Responderet obiectioni Altimarus Hipp. 4. acutorum in illo textu inferre voluisse quod vbi conuenit venæ sectio, & purgatio de quibus egerat tex. 21. & ommissa venæ sectione quis curationem incipiat à medicamento purgante expectare debet incommoda, quæ ibi enarrat, cuius opinionis est Mattheus Curtius vir singularis doctrinæ, & quidam Germanus medicus, ipseq; Galenus sētire videtur; vt patet in fine illius commentarij, sed hæc responsio contradictionem non videtur soluere, quod Hippocrates ommissa venæ sectione dolore descendente ad præcordia, ab initio medicamentum exhibendum esse præcipiat; aliter autem Franciscus Valleriola dicens Hippocr. illa sententia non prohibere in initijs inflammationum dandum esse pharmacum cum hoc fecerit

10. Meth. de ven. sect. 12. 2. acut. 12. 1. aph. 24. 2 elem 4. de ven. sec. 5 libr. de vsu pul 2 3. 5 6. de vsu par. 17. 3. de nat. facul. 15. lib. de cucurb 4. 4. San. tu. 4. 4. acut. 19. lib. de ven. sect. 13. 11 Meth 3. & 12. meth. cap. 5. tex. 21. In quæstione à principijs morborū purgandum &c. In q. de ven. sec. in pleur. In paradoxi. 2 acut. 11. & 4. acut. 76. lib. 1. enar. 3.

in principio pleuritidis, sed falsam redarguere eorum sententiam, qui medicamento humorem inflammationem facientem vacuari putabant, cùm eum subducat tantum, qui in venis contentum ad inflammationem augendam fluere potest; quæ nec satisfacit, quia loco venæ sectionis, quæ etiam caussam continentem euacuat in morbi initio ipsum exhibeat, & Manardus ille testetur medicamento purgante trahi humorem contentum in parte inflammatione obsessa, quod verum esse quotidiana experientia testari possumus; ea propter dicendum esse opinamur Hippocr. commendasse purgationem in principio pleuritidis, quia fluunt adhuc humores, & qui fluxi sunt in exilibus venis contenti, nondum etiam resudati, nec fixi, siuè firmati sunt. Etenim illi propter mobilitatem egentes tantum veluti manu, naturæ motum æmulante, vt ad intestina ducantur, hi vero quòd non sint adhuc fixi, facile educuntur, quod erat forsan quod dicebat Manardus in epistolis: quando autem contrarium expressisse visus est de firmatis, & in parte constrictis humoribus, & cruda adhuc affectione intellexisse, qui non nisi postea cum ad maturitatem perducti fuerint sunt medicandi, quòd tunc trahantur, & subducantur facile quòd antea fieri non poterat, vt propterea qui medicamento conantur illos educere idest valido medicamento trahere colliquent sanas carnes potius &c. vt 4. acutorum legitur. Cœterum de pharmacis suæ tempestatis intelligendum esse censeo, vt de veratro, & peplio, alijsq; huius generis medicamentis, quibus vtebatur ætas illa, non de casia ægyptia, zuccaro violaceo, sy. rosaceo, electuario lenitiuo, Alijsq; nostrorum temporum à quibus non abstinerem ratione illius præcepti, hæc si quidem mitia cùm sint tantum caussam antecedentem subtrahunt, non eam quã continentem vocamus, quæ partem inflammatam implet, nisi coctam, aut nondum firmatam in exilibus venis, aut extra in partibus vacuis admodum roris contentam, licèt sit cruda, nec colliquationem facient vnquàm cùm vim validam non habeant, vt propterea vtilior diudicetur sanguinis copiosa detractio in pleuritide facta ex eodem latere ad coloris mutationem (vt diximus) modo non sit inflammatio praua, & vires ferant, quàm horum medicamentorum exhibitio, cùm (vt alias rationes silentio præteream) illa reuellat antecedentẽ caussam, nempè fluentem materiam, & deriuet, siuè euacuet facilius, validiusq; à parte inflammatione obsessa caussam coniunctam, quàm continentem dicunt, etiam crudam, siuè ab initio fiat, siuè postea facta prius altera ex parte vel ex crure eiusdem lateris, vel ex opposito brachio, detractatione sanguinis, cùm nec perpetuum sit hoc Hippocr. & Galeni præceptum, vt nec alia plura, quod doctè disputat Manardus, & recipitur ab Altimaro, Hæc autem medicamenta non euacuent humores firmatos, nisi cum ad maturitatem perducti fuerint, quamuis fluentes, fluxosq; crudos, nondum tamẽ firmatos, & fluxione prętereà commoueant aliorum ad affectum partẽ. Proinde ab initio purgandũ esse præcepit Gal. 1.2.4.& 5. die, quòd fluãt

2. acut. 11. lib. 14. ep. 1.
4. acut 76.
4. acut. 22. 4. Aph. 1.
2. acut. 10. de ven. sect. 14.
6. Epid. 2. 8. de ven. sect. 14.
2. acut. 10. 4. San. tuen. 10.
4. acut. 73. de ven. sect. 14.
Lib. 12. ep. 5.
4. acut. 76.

humores tunc temporis, & qui fluxi sunt, nondum sint firmati, vel postea cum firmati fixiuè humores, fuerint ij ad maturitatem perducti. Ad eundem modum (vt reuertentes ad propositum nostrum, orationis filũ prosequamur) vt in plenitudine sm̃ quid esse diximus, res etiam se se habebit in ea plenitudine quæ fuerit cum cacochymia, quando nimirum cum sanguinis copia, corpus prauis succis fuerit ẽt refertum, quòd venæ sectio primum, purgatio postea administretur, non .n. indiget illa tot requisitis, quot purgatio, vt diximus, laxat præterea vias, quo maximè corpus expurgandum indiget, quippè quùm expurgationi obsit multum repletio, quod non facit impuritas sectioni venæ, hic præterea inutilius mittitur expurgatus, quàm antequàm purgetur, & cum maiori virium iactura, est itẽ euacuatio magis vniuersalis, quia omnium humorũ æquabiliter auctorũ, quàm purgatio quæ quorundam est, & non omnium, quem ordinem ab vniuersalibus sectari in euacuationibus est antiquorũ præceptum, quare fit merito, vt nullus ferè morbus sit in cuius principio nõ secetur vena, quia illa non præmissa vix rimedium vllum licet administrari. Verũ .n. verò qñ post medicamentum concitatus est nouus ardor in visceribus licèt ab initio esset detractus sanguis, tunc nihil vtilius quã ab expurgatione venam incidere; itemq; quando medicamentum exhibitum humores concitauerit, & non eduxerit, vt illorum ebull. inhibeat, eosq; à visceribus reuellat, vt scribunt veteres; vel si febricitantib. ab initio sit os amarum nimis, quòd fluitatem bilem extrauenatam habeant in ventriculo, vt ex Zoare illo lib. 3. sui Theisir scribit Amatus in centurijs; veluti ẽt qñ copia cruditatũ erit in ventriculo, vel primis venis, tunc siquidem erit medicamento aliquo vtendum, quod eam subducat, nec eius vires vltra has partes se extendat, postea verò si oportuerit erit aperienda vena; quæ quidem differtur secari quandoq; si cibus fuerit crudus, aut semicoctus in ventriculo, donec fuerit concoctus, & feces descenderint propterea regula est in praxi, quam omnibus patere scribit Galenus clysterem præcedere debere venæ sect. ne partes tenuiores, & humidiores in fæcibus malè olentes, praueq; ea secta ad venas rapiantur. Quod si alibi 4. acut. post venæ sect. infundendum esse scribitur, nemini dubium esse debet de eo locutos esse Hippo. & Gal. quòd egerit vicem medicamenti purgantis, vt verba tex. indicant, sunt hæc acria, quæ valida uocauit Archigenes, quorũ uim subductoriã ad simã hepatis ascendere dicebat Gal. cæterũ tex. 117. eiusdẽ 4. acut. de molli, ac simplici, qđ tm̃ fæces subducit intestinaq; abluit, ut non solũ ad ieiunũ non posit ascendere, sed ẽt si fortius nitaris tenuè tm̃ intestinũ fortasse contingat vt sit mirũ, quomõ hac in re lapsus sit Andreas Vesalius vir alioquì doctiss. concludens ex allegatis locis venæ sect. semp præferendã esse clysteri, cũ vera sit ꝑpositio de validis, & medicatis, quæ uicẽ gerunt medicamenti purgãtis, nõ de mollibus, ut diximus, qui antequã aperiatur vena, infundi debent. Hanc nostrã opinionem sectatus est Victor ille Trincauellius,

4. acut 21. de ven. aff dig. & cur. 4. lib. xcõp m. loc. 2. 14. Lun. tuen 4.

2 apho. 9.

Paul lib. 3. tuæ medic.

Aui. lib. 4 c. 8 Melue in can vbl. sec. 3. de nocumẽtis ex medicamento purgãte c. 1. De feb. sang.

Lib 1. cẽt. 91. Lib. 3 cen. 77 4. san. uen. 5 1. acut. 41. & 4 acut. 36.

9. Meth. 5 de ven sect 20.

4 acut 117. lib præsag ũ ex pri. confirmatum vl. i. pag. 79. ext. cl sse n Trincau. lib 2. ep. 4 acut. 20. 21 75. Mũ lellũ legis ep. x.

præterquam eo in tempore quando res multum vrget, tunc statim siquidem vena est aperienda, etiam non excretis fæcibus, nec infuso clystere Franciscus Vallesius vir emunctæ naris lib. 4. suæ Meth. eius vsum probat post sanguinis detractionem, ne ab accepto clystere, infusis non dum satis euacuatis in sanguinis fluxione turbetur aluus, animique deliquium superueniat, quod, & ipsam missionem impedit, & vires exoluit, vt ipse scriptum reliquit, acsi venæ sectio illico sit facienda, & non nisi satis eductis infusis cum fæcibus post temporis interuallum, corpore bene composito, quippe cum deliquium animi, aliave quæ noxam inferre valent post incisam venam magis faciliusque contingere possint ratione virium quòd factæ sint imbecilliores ob euacuationem, & flauæ bilis, quæ furere solet post sanguinis detractionē, quàm antea quam aperiatur vena, vt propterea post missionem sanguinis satius sit quiescere, quod aliquid agere, clysteremq. infundi, educiq. antequam sanguis mittatur, nisi res vrgeat adeo, vt illico sit sanguis detrahendus, vt scribit Trincauellius. Cæterum, ut redeamus ad eam, quorum gratia huc diuertimus, si illa cruditas fuerit in cauitate ventriculi, vt vomitu possit expelli per os erit reijcienda, quòd si tunicis sit fixa, re non vrgente, inedia, & attenuantibus, ac incidentibus, tum alimentis, tum medicamentis poterit corrigi, sic enim fiet vt attenuata, dissectaq. ab innato calore concoquatur, adiuuantibus somno, calidisq. medicamentis. Verum si casus vrget, vt inducias non admittat, eritque in tunicis impactus humor, vt nec vomitu, qui in ventriculo, nec clystere qui in tenuibus intestinis, venisque mesaraicis continetur, possit expurgari, confestim medulla cassiæ siliquæ cum Galeni Hiera est subducendus ad formam boli, posteraque die sanguis detrahendus, quod monuit Victor Trincauellius in Commentarijs ad Glauconem, ex Galeni doctrina 4. de Sanit. Tuend. quam methodum amplexus est Montanus ille summus Medicus, qui nec serapia admittit eo in statu, ne cruditates ducant ad magnas venas obstruct. putredinem, febremque vna augentes. Nec verendum quod humor sit crudus, nec facta sit aliqua præparatio, facilè siquidem educitur, quia in vijs communibus, & latioribus proximisq. moratur, & Hiera, vt scribit Galenus crassos, lentosq. succos attenuat, dissecat, detergit, atque insuper subducit. Hinc factum est quod cum inuasus fuisset febre præclarissimus Marchio Michael Imperialis Dominus meus colendissimus ob pituitæ copiam in ventriculo, eiusq. venicis, ac mesenterij venis cumulatam, fixamve, & ob flauam bilem auctam in vena caua ex equitatione per Iapygiam, ac venatione per plures dies ante, & post prandium; tum quia mane citius quàm assueuerat delecto surgebat, somno multum conferente ad actiones naturales, alimentique confectionem, tum quia largius epulabatur quod iter facientibus, & in venatione præcipuè contingere solet, bilem nimirum amaram ob laborem, & crudos succos quia intempestiuè erant omnia, vt legi-

1. De humor. com. 11. pagin. 121.
2 comp m. loc. 1. sect. 10 1 de humor pa 121.
13 Meth 17.
Lib 2. epistolarū Cap. 2.

Valler lib 2 erat 7.
1 De humor. pag 121. & 3. per loca de dolore Auri. ex Archig. lib. 2. epistolar.

1. Ad Glauc. 14.
Cap. 5.
1. Ad Glauc. de quartana sect. 2. in febri consil. 1. & consil. 10. sect. 3.
Sect 3. consil. 45. & 63.
6. San. tuen. 10. & 8 cōp. m. per loca cap. 2.

6. Epid. 5 10. 30. caph. 15.

tur in epidemijs,eoq. magis quando fungos excitauerat,iure meritò exhiberi oportuit bolum drac.9.casſiæ Ægyptiæ cum dracmis duabus pullu. Hierę ſimpl.Galeni,antequam vena incidatur,& ad ſeradiorum vſum accederet, ne ſanguine detracto, aut illorum potione,ceu vehiculo quodam qui in ventriculo primisq. venis continebantur crudi humores ad hepat, & magnarum venarum caritatem ducerentur quod monuit Galenus,& practicam medicinam ſcribẽtes vbique ſuadent, indeq. ſumpto initio ad alia remedia deſcendere. Erant autem duæ tertiauæ nothæ quarum altera habebat ortum à bile quam vocant maioris famæ, altera ab ea, quam minoris appellatur, ſingulis diebus habentes exacerbationes, quòd duplex erat focus febris,eà prôpter inuadebat altera cum horrore, altera vero maximo cum frigore flectere. Vbi planè plrimum inſudauimus tum ratione etherogeneitatis materiæ, tum magnitudinis morbi, & multorum ſymptomatum complicationis, quorum locupletiſſimi ſunt teſtes Marcus Antonius filius, Perſius Schifonins,& Ioãnes Maria Moricinus medici præſtantiſsimi,qui vnà mecũ curationi vacabant. Euaſit tamen poſt longos labores,noctesq.inſomnes,Dei bonitate,& Diui Franciſci de Paula interceſsione: ſed de hoc alias vberius, nunc ad propoſitum noſtrum reuertar, à quo longe digreſſus ſum ob orationis filum,rerumq. germanitatem,rem vniuerſam concludens. Cum vtrumq; auxilium eſt adminiſtrandum ſemper ferè venę ſectionem præferendam eſſe purgationi, morbumq. magnum cum plenitudine venę ſectionẽ indicare,cum cacochimia purgationem,eodemq. modo ſi fuerit cum inanitione,auxilium quod repleat.Acutum quod confeſtim vires ſecas exerat, Diuturnum quod maturius, quod ſentire videtur vir ille numquam ſatis laudatus Victor Trincauellius lib.8. de curandis morbis,& in commentarijs primi ad Glauconem, & Hieronymus Capiuanius lib.de febrib.cap. 23.

[Margin notes: 4. Sanit. 1. tuend. 5. Mõta.Triac. — Cap. 10. de hydrop. Cap. 13. in fine.]

Rationes contrariæ, & ad illas reſponſio. *Cap. V.*

PORRO ſiquis dixerit, ſi verum eſt (vt eſt quidèm certe) quòd morbi magnitudo non ſit ſatis ad indicationem venæ ſectionis, niſi fuerit cum plenitudine, quomodo Galenus opinionem Hippocratis, vt veram amplectitur,eamq.commendat,dicentis,magnitudinem morbi venæ ſectionem expoſcere, illam vero Menodoti de plethorica Syndrome reiecit; & quare præcepit homini obnoxio peripneumonię, pleuritidi,anginæ,epilepſiæ, apoplexiæve ſtatim venam ſecandam eſſe, nec expectandum aliquod euidens plenitudinis ſymptoma, ſiue ſignum appareat, vt ſumor,rubor,& tenſio totius corporis eius quæ ad vaſa,grauitas ſiue pigritia eius, quæ ad vires,ſed anteuertere præſtare dixit ſanguinis detractione. Item eos quibus hæmorrhoides ſunt ſuppreſſæ, aut qui ęſtatem plenitudinis morbi corripi ſolent, licet hactenus illis non teneantur,ve-

[Margin notes: 4. Acut. 19. 4 meth. 5. lib. de venæ ſect.9. 20. Cap.7 de venæ ſect.]

re vacuare oportere sanguinis missione; vertiginosos item, habentesq. oculos imbecilles veris initio, vt etiam podagricos, & arthniticos quo; tempore nulla adhuc adesse videtur corruptionis plethora.

Quare præterea dixit inflammatione imminente circa plenitudinem (hæc sunt verba textus) aut propter ictum, aut propter dolorem, aut partium imbecillitatem sanguinis detractionem conferre multum, vt itidem in sanguinis fluor vena incisa sangnine mittẽdum esse cum si verũ est quòd ratione plethoræ esset minuendus, hoc fluente aliqua ex parte tantum obsit vt sit vena incidenda, coferatque vt obsit principalem; corpore copia, & refectione indigòte potius quam euacuationem, quod cõtra Menodoti positionem in medium adducit Galenus in fine capitis vdecimi libri de venæ sectione .... & in eo qui cecidit ab alto mittendum esse sanguinem quamuis non redundet, vt commendatur bilis expurgato medicamento chilagogo cui caput est vulneratũ, licet ipsa non exuberet. Et in febre Diarea quando fit ab obstructione à crassis succis secandam esse venam scribat 8. method. licet non adsit plenitudo. Quibus clare patet non ratione plenitudinis, sed magnitudinis morbi secari venam modo per ætattem, viresq. liceat, ipsumq. plethoram nullum locum habere in sanguinis detractione, cõtra ea quæ antea probauimus.

Ex cap. 7. 8. 9. 11. de venę section. 4. meth. 6. 4. acut. 19. 3. de articul. 62. De venę sect. 11. 1. prorr. 3. 53. 4. Meth. 6. Hipp. de capitis vuln. ei de vlcerib. Paul. lib. 6. cap. 90. Cap. 4.

Nisi dicatur Gal. quando dicebat scopos sanguinis missionis facienda, nec ne fit, esse magnitudinem morbi, florentem ætatem, & vires validas, Hippocratis sententiam commẽdans, & mensuræ euacuationis, hos eosdem esse, ac pręterea tempus anni, regionem, vitam anteactam, excretiones, & motiones, hoc inferre voluisse, quando venæ sectio est administranda, hos tres scopos esse præoculis habendos vt prohibentes, & indicantes morbi nimirum magnitudinem, ætatem, & vires, necessario requisita ad sauguinis detractionem faciendam necne, non pletoricam illam dispositionem totius corporis, siue illam pletoricam syndromen quam Menodotus asserebat. Siquidem licet non adsit totius plenitudo decet pluries vena secari in magnis morbis ob imminentem totius vel particulæ humorum copiam, cum vellet Menodotus non nisi à plethorica Syndrome illam indicari. Est autẽ syndromę Symptomatũ concursus siue congeries, plethoricaque syndrome aggregratio horum symptomatum, nempe vasorum distentio, rubor, grauitas, vniuersi corporis pigritia ad motiones, tensio membrorum, quandoq. vlcorosa, & lassitudinaria sensio, traducta in otio prior vita, ciborum, & potium largior ingestio, & solitarum excretionũ retentio, a qua sola plethorica syndrome venæ sectionem indicari sentiebat. Qua in re dupliciter decipiebatur Menodotus, primum quia non semper sucorum redundantia venæ incisione exhauriri debeat quod Empiricus opinabatur, quia quãdoque scarificatio, interdum exercitatio, quãdoque vnctio, aut frictio, balneum aut inedia est satis. Quando nimirum non adest magnus morbus, nec

Lib. de venę sect. 9.

1. Math. 4. 4. acutorũ 62. Lib de multitudine c. 1.

adesse

adesse posset, interim purgatio administratur, relicta venæ incitione vt diximus quando vires, aut ætas illam ferre nequeunt. Secundo cum vellet numquã secandã venam, nisi tantum in totius corporis plenitudine, quando omnes humores æquabiliter sunt aucti in toto, quod á plethorica illa syndrome tatum indicari dicebat, cum quandoque eã secari oporteat etiam illam non existente vt probat Galenus, sed quã ratione inquies. Profecto ob eam quæ futura est totius, aut seu imminet alicuius particulæ, licet adhuc nulla adsit, modo magnum morbum habeat coniunctum, aut sit habitura, quæ enim curant, ánte facta præseruant vt in epidemijs legitur, doctrina enim Hippocrat. 2. aphorismorum, vt libro de venæ sectione scribit Galenus, anteuertim docens nos quæcumque præsentibus iam morbis faceremus, melius esse vt hæc incipientibus ipsis, aut iam imminẽtibus anteuertendo faciamus. Siquidem in dolore vehementi, aut factura alicuius particulæ, aut luxatione vt in vulnere illato, non alia ratione sanguis detrahitur quamuis nõ adsit plethorica illo dispositio, nisi propter fluxuros aut flueutes humores ad effectum partem, illam implentes ac diffendentes multitudine, & proinde magnum morbum, vt inflammationem, erysipelas, abscessum aut gangrenam factu vos. Et pro secunda ratione dicimus non negasse Galenum, cap. 7. adesse vel imminere totius plenitudinem, sed dixisse non esse expectanda euidentia signa plenitudinis, ác si dicere voluisset; quia imminet in toto humòrum redundantia, vt iam propem sit, licet non reluceant euidentia signa, sed sint hactenus obscura, vt iam iam sit futura ipsa plenitudo, præueniendum esse venæ incitione metu magni morbi imminenentis. Sic etiam venis initio antequã magis calefiat sanguis, fundatur, & in tumorem sine maiorem molem attollatur, & ampliorem locum occuparet, eosque quibus hæmorrhoides sunt suppressæ quia indies augetur copia; itemque eos qui æstate plenitudinis morbis dolent corripi, quos vere vacuare oportet ne exhumorum copia, quæ indies cumulatur, æstate adueniente morbi, & plenitudine oriantur. Potest etiam respõderi ob partis imminentem plenitudinem venam incidendã esse, vt ex textus verbis satis constat. Et pro tertia ratione venæ sectionem commendasse cap. 8. incipiente inflammatione etiam citra plenitudinem totius, aut propter ictum, aut dolorem, aut partium imbecillitatem, ea de causa quòd pars humoribus impleatur; propter istum quia dolorem, excitat, & confusionem facit, qua de re sanguis ex venulis excidit qui inflammationem parit. Propter partium imbecillitatem, quæ intemperies esto soboles, quandoque malæ compositionis, vt quaudo rari habitus sunt partes, quæ densiores, firmioresque compage deberent esse, sic enim recipiunt ad se ipsas fluxionem, quàm validiores tradunt; propte doloremr vndecumque factum vel ab intemperie, vel á solutione continuitatis, cum nihil sit quod profluuium mgis quam dolor proritet, & phlegmonas augeat, vt scribit Galenus. Etiam qui de loco ad lo-

De venæ sect. 7. 8. Meth. cap. 4. & 4. Meth. cap. 6.

4. Meth 6. 4. de articul. 62. de venæ sect. 8.

4. Meth. 2. 4. 11. meth. 20. 2. aphor. 20. 2. de natur. facul. 13. de morborum causis 6 de venæ sect 8. 2 febr. c vlt. Lib artis medic. 80 2 acu

ad locum mouentur humores, aut truduntur, aut trahuntur, trudunt robustiores, nobiliores, sublimiores, & densiores in partem imbecilliorem, ignobiliorem, & inferiorem, rariorem, vnica rationeq. illa potentior, & hæc imbecillior vt fluxionem repellere nequeat. Trahuntur autem calore, dolore, fuga vacui siccitate, & proprietate totius substantiæ. Galore quia fundit, & aperit; trahente vult Galenus, sed ipsis confluentibus dicebat Asclepiades. Dolore, quia expellente natura, vehementius aggressa quod infestat, sanguinis aliquid, & spiritus ex superpositis partibus in afflictam simul exprimit qua de re in maiorem tumorem eã attollitur. Vacui ratione, vt contingit cordi, arterijs & pulmoni de quibus lib. de vsu pulsuum fusissimè, vt etiam follibus ne detur vacuum. Eademq. ratione euenit siccitate corporumq. raritate filtro, licio, spongiæ. Ea autem attractio quam abditis, cæcisq. caussis acceptam referunt medici, quòd à propria forma, quam naturæ, & soli Deo tantum, notam, nobis vero ignotam esse scribunt, fiat, illamq; insequatur, veluti risibilitas hominis formam, familiaritate quadam totius substantiæ, tacitoq; naturarũ consensu Galeno fieri videtur, vt 3. de simpl. med. facul. & sexcenties alibi liquet, vt lienem trahere humorem melancolicum, vesicham fellis amaram bilem, rhabarbarum eamdem bilem, magnetem ferrum, & pleraq; huiusmodi fit proinde vt ad partes ad quas dolor affligit, seu ad imbecilles ad quas robustæ transmittunt humores confluant, indeq; maiores arteriæ, venæq; impleantur primum, postea minores donec ad minimas ventum sit, & demum ad spacia vacua quæ sunt, exudent, & in omnis carnis particula misceantur admodum roris, indeq; fieri inflamationem siue erysipelas pro exuberante humore. Etenim corpus nostrum totum est trâspirabile, & con fluxile, & ex omnibus partibus in omnes con fluxus materiæ, & communio spirituum fit per poros, quibus totum corpus est præditum, magis tamen per spatia inter partes similares inania, omnium maximè per meatus sensui manifestos, venas, arterias, præsertim maiores, sed etiam per minores, & stomachos omnes, ea propter dicebat Hippoc. Consensus vnus, conspiratio vna, omnia consentientia.

2. acutorum. 1. 2. per loc. cap. 1. 5. meth 4. 1. cõp. med. p genera 4. 13 meth. 3. 7. aph. 1. 13 meth 3. 2. feb vlti. 13 meth. 3. 5. aph 53. 7 aph. 21. Iacob Sylu. in cõment. feb. 14. & 15 cap. 25. De tumorib. præter nat 2. 14 meth. 2. de inæq. intẽp. 3. lib. artis med. 95. de toti' morbi tẽpor. c. 3. Lib. de alim.

Eadem de caussa in sanguinis profluuio vel è naribus, vel aliunde, dicendum esse opinamur, venam secandã esse ob partis plenitudinẽ quòd confluens sanguis eam impleat vt demum venarum, & arteriarum quæ in ea continentur ora aperiat atq; disrumpat, siquidem inter reuulsoria instrumenta siue auxilia hæc est potissima, nimisq; efficax vt quæ sit euacuatione, quæ licet quatenus inanit, totum corpus quod eget potius copia, & adiectione, obsit, magis iuuat quia reuellit sanguinem ad contrarium sui motus, nullo reuera existente remedio quod citra vllam noxam magnificè prodesse valeat; quod sequitur quidem certe, quòd pars non impletur magis, nec sanguis procidit amplius, dici etiam poterit sanguinis illam detractionem non solum non inanire totum corpus, sed illud implere potius, quippe quum hæc reuulsoria venæ sectio sanguinẽ

1. epid. 1. 9. De ven. sect. 19. 1. aph. 24. 11. meth. 11.

2.aph.17. sistat, & per accidens corpus repleat quòd amplius illud inaniri nō permittat, & interim alimentis reficiatur, vti inedia per accidens euacuare
4.aph.3. scribunt, nec interest vtrum per se, an per accidens hoc faciat modo fiat,
5 aph.21. nam Hippocratis cōuulsionem infusione frigidę curat, quia excalefacit
1.aph.15. & resoluit; & ventus hyeme sunt calidiores, naturæque per id temporis functionum maius robur. Cæterum in eo qui ab alto cecidit sanguis mittendus est, & si non redūdet in toto, ceu in eo cui caput est vulneratū etiā expurgatio cōmendatur, & si nō adsit succorū vitium, propter humores qui fluunt ad contusam partem qui cum illam impleant sanguinis detractionem requirunt, vti propter bilem flauam quæ ad caput repere est parata, medicamentum cholagogum cum illi sit particulæ ficus plenitudo,
Lib.2. meth. veluti huic cacochymia, & si non essent in toto. Aliqui tamen reducere hæc volunt ad totius plenitudinem; & humorum vitium, in eo enim qui cecidit (aiunt) est minus vacuum quàm in eo occasione oporteret, nam multum inanitum oporteret esse ne partes in contusam mitterent, aut ne contusæ traherent, & cuius caput est vulneratū oporteret corpus esse expurgatissimū, ne biliosa fluxio ad vulneratam partem reperet, etenim est in his modus quidam, si enim qui ab alto cecidit esset inanitus, & qui capite vulneratur expurgatissimus, neque illi sanguinem, neque huic bilem detrahere esset necessarium. Quorum opinio mihi non satis probatur cum dolor semper trahat exciteteque ad se fluxionem cucurbitularum instar, vt diximus etiam quòd exinanitum sit corpus nullamque habeat humorum exuberantiam. Et de Diaria febre quod in contrarium obijcitur in ea citra totius plenitudinē sanguinem esse detrahendum, dicimus fieri ratione imminentis vel fientis partium vbi est obstructio febrisque focus, putredinis ei imminentis transitus in putridam, acutamque febrem, quò ab illis reuellat humores, illuc namque cum
Li. de morb. causis. 2. nimis auctus sit calor, tum ratione prohibitæ transpirationis, tum vero putredinis facilem confluunt quia etiam vi trahuntur, obstructionem,
2. Febr. 12. putredinemque augentes partemque affectam implentes, confert pro-
7. aph.1. inde venę sectio quia reuellit tum crassos fluentes humores, etiam si non inclinent ad ideam sanguinis modo ab ea non euarient plurimum, tum
Ex 4. de san tue. cap. 4. humorum multitudinē, cum non solum posit in dies augeri obstructio, & exinde fieri transitus à diaria in putridam acutamque febrem, ab humorum qualitate à quibus ortum primū ducit, sed etiam à multitudi-
Lib. 11. cap. 4. ne vt legitur in methodo. Quamuis enim secetur vena quandoque ad vasorum laxitatem vt in renum calculo, & dolore in vasis vrinarijs ex arenulis orto, in Astmate, & anhelationibus, quandoq; ne sit impedimento cutis rare factioni, & ventilationi humorum copia, quandoque ad concussionem vt in Apoplexiam, & paralyti, interim ad refrigerationē, vt in æstu, alias pro reuulsione, alias pro deriuatione, & euacuatione, semper quidem certe aperitur habito illo respectu plenitatis aut totius, aut alicuius particulæ præsentis aut iminentis vt diximus.

De venæ sectione in febribus, & declaratur textus lib. 11. cap. 15. methodi medendi, de venæ sectione in Synocho, & febribus à putri materia ortis. Cap. VI.

HVius reuulsionis potissimum caussa, vt hoc obiter dicamus saluberrimum etiam dixit Galen. in febribus venam incidere non solũ continentibus, sed etiã alijs omnibus quas putrescens humor concitat, quippe quæ reuellat humores, qui confluẽtes, partem implent, & obstruct. augent, ex qua, & putredo, & febris ortũ ducunt. Siquidẽ in harũ curatione primũ inhibere oportet humores ne augeant obstructionem; postea vero quod obstructionis est factum aperire iuxta vniuersale pręceptũ 3. artis medic. & particulare 11. meth. nõ amaris quæ per se aperiunt, quia febrẽ exasperant, augẽtque, sed abstergentibus, & incidentibus, quę peraccidens præcipuè quæ non excalefaciunt, vt diximus antea. Si enim ab initio isthęc exhibeãtur non facta prius hac reuulsione per sanguinis missionem, maior quidem certe fiet obstructio, & maior putredo, & febris quæ ex his oritur. non ergo totius corporis plenitudinis ratione, vt opinãtur Curtius, Alphonsus Bertosius Fanensis, Christophorus Auega, & demũ Augenius viri alioquin Doctissimi, sed quo alio auertantur succi ne partem impleant augeantq. obstructionẽ saluberrimũ esse scripsit in his febribus venã incidere quod doctè disputat Altimarus, & confirmat Pereda. In scholijs Febrium Paschal. Quod si in ephemera ab obstructione orta sine totius plenitudine venam secandam esse monuit, quanto magis in continentibus putridis, alijsq. quę a putri materia ortum ducunt, quòd præsentius periculum minentur possintq. afferre. Nec monuisset aliquod particulare in febribus Galenus, cum etiam alij morbi si plenitudinem coniunctam habent venæ sectionem reliquerant, magni existentes, vel futuri, quibus præterea accedit quòd conferat ratione febris, quoniam refrigerat quandoque, tũ multo magis ratione putredinis, quia efficaciora, & tutiora reddit detergentia, attenuãtia, & incidentia, quæ tuta non sunt hercle quoniam aperiunt, & humorem ducere possunt ad locum obstructionis, nisi facta reuulsione per venæ incisionẽ, qua etiam minuantur humores, licet non exuberent. Est præterea medendi methodus, quam docuit Gal. vt primum consulamus morborũ futuæ parti: postea vero curemus factam, quod hac ratione fieri res est apud omnes confessa. Hoc etiã necessitate quadam sequitur quòd minoratam materiam venę sectionis auxilio, euincet facilius ac maturabit natura, demumq. expellet, quodq. vtile reddi ad pristinam bonitatis naturam reducet. Quòd si quis diceret quid de tertiana intermittente sentiendũ? Num etiam eius curatio præceptum hoc amplectetur? respondendum quàm maximè, nimirum ratione caussæ antecedentis, bilis nempe sanguinis commixtæ in vasorum cauitate quę de tertio in tertium extra venas vel expellitur, vel trahitur ad habitum corporis, vbi putrescens febrem accẽdit suasq. accessiones, tertio quoque die sibi ipsis respondentes, facit. Quòd si instabitur de venæ, sectione non meminisse Gal. tertianæ febris curationem docens 1.

11. Meth. c. 15.
Tex. 32. & 33.
Cap. 7.
8. Meth. 4. Cap. 1. ante finem.
2. Meth 2. 1. 2. cap. 3. de arte medẽdi lib 4. cp. & consul. cap. 8
8. Meth. 4.
10. Meth 12.
11 Meth. 4.
8. meth. 4.
3. Artis medici. 32. 33.
2. Aphor. 17 29.
11. meth. c. 15.
Auic. lib 4. 1. 2. cap. 39. Hercula. Gẽtilis.

1. ad Glauc. & 14. meth 3. ad Glauconem; & fortius in biliosis morbis, cuiusmodi esse tertianam febrem nemo est qui inficias eat, medicamentum quòd bilem educat commendasse: venę autem incisionem non recepisse; in lib. methodi ad primam respoderi posset, differre multum aliquod negari, & de eo mentionem non fieri, Galenumque nullibi locorum illam detestatum esse, quinimmo sub illo præcepto vniuersali curandarum febrium illam admisisse, & ad locos methodi, & de arte curatiua ad Glauconem, dicendum esse, vti non admittit bilem educendam esse venæ sectione, sed medicamento purgante, quippe auxilium sit succorum vitio veluti sanguinis multitudini venarum apertio, etiam quod vitiosus sit, modo ad aliū humorem non sit penitus conuersus, vel non distet plurimum ab eius natura, sic quidem certe negasse numquam illam secandam esse in tertiana, & flāmeis illis affectibus non ad euacuationem, sed reuulsionem, peccantis materiæ quòd reuulsione illa, licet nō euacuetur illa bilis quæ actu facit accessionem in tertiana, vel quæ fit erysipelatis, aut herpetis caussa continens, educatur tamen ea quæ cum sanguine in venis continetur in horas, & momenta fluxura ad affectam partem, prohibetur quę proinde ne fluat amplius; ea propter admittitur vt reuulsoriū auxiliū qua ratione administrari etiam potest in febribus biliosis continuis, in erysipelate, ac etiam dyssenteria, educetur propterea in pauca quantitate sanguis, secus autem quando ad euacuationem, vt morbifica caussa de medio tollatur, tunc enim copiosa vt in synochis, & maximis inflammationibus monuit Galenus, Idque esse opinamur, quòd 2. ad Glauconem, & 14. methodi expresse negatur. Sed posset dubitari iterum hanc sanguinis detractionem non solum esse ad reuulsionē, sed fieri posse ad euacuationē quia secta vena educitur etiam bilis sanguini cōmixta, proindeq. esse bilis euacuatoriū auxilium. tamen dici posset quòd licet educatur bilis (vt etiam pituita, & humor melācholicus, qui cum sangui ne continentur) ipsa remanserit in eademmet in qua erat antea mensura ac proportione, quòd venæ sect. euacuentur æquabiliter omnes humores, eaq. de re vt prius exuberans, ita postea medicamēto egeat quo possit seorsum ab alijs subtrahi. non erit proinde peccātis bilis venæ sectio euacuatorium auxilium, sed reuulsorium quòd sanguinis detractione facta, non ita prompte ad focum febris, vel ad tumorē e venis fluat. Sed si instabitur quid ad Auic. 4. 1. cap. 20. dicētem caue ne ægrum ad alterū duorum perducas aut frigidorū cruditatem, aut calidorum ebullitionē. Dicerem quidē certe veram esse Auic. propositionem, nec à Galenis placitis alienā, hic namque nos aduertit in libris methodi, & lib. de venæ sectio. quantū sanguinis detractio cruditates augeat, quòd calorē minuat, pręsertim quo fuerit imbecillior, est enim ac si elixādis carnibus subtrahatur ignis, & in prædominante bile quam ebullitionem pariat, quotidiana experientia docemur, ex cardialgia, syncope, bilis vomitu, cordisque doloribus, quæ pluries superueniūt secta vena quòd si euacuationē,

Marginal notes: 11. Meth. cap. 15. — 4. Meth. 6. & 13. meth. 6. — 6. Epid. 3. 4. 3. — 4 Sanit. tuē. 4. — Gentilis. Paul. ægin. Aetius Trall. — 1 Aphor 23 & 9. meth. 5. de venę sect. 12. — 2. Aph. 17. 2. de humorib. 11. — 9. Meth. 10. cap. 6.

quæ fit paulatim inedia ac per accidens picrocholis multum obesse, & Galenus ex experientia testantur, quanto magis id contingere à venæ incisione quæ id idem, & per se, & confertim efficit, est opinandum. Hinc factum esse reor quod in methodo testatum reliquerit obesse plurimum quibus os ventriculi est imbecillum, aut supra modum sensile, aut abundet amarabile. Siquidem detracto sanguine ui vacuí trahitur concitaturq; quæ in ventriculo, aut corporis habitu, aut alibi extra uenas continetur bilis, quia tenuis, leuisq; est, facilèq; mouetur ac turget, vt quoad symptomata videatur veluti furere quod intellexit Auic. per ebullitionem vt merito ab Auicennistis frequenter dicatur sanguinem humorum esse siue bilis frescum, cum eo .n. ceu omnium temperatissimo attẽperatur omnes humores, frigidiores eius calore, calidiores eius temperie, vbiq; contenti, vel mixtione, vel contactu, vel aliqua quauis alteratione. Cæterum propositionem illam non sic superficietenus intelligendam esse censemus sed præsfius considerandam, vera est siquidem de copiosa sanguinis detractione, quæ fit ad euacuationem, non de pauca, quæ fit ad reuellendum, hæc siquidem incrudorum copia licet quadautenus imbecillum quandoq; reddat calore, maior est vtilitas ob humorum reuulsionem ad alias partes, & in bile prædominante non exagitat eam, quæ alibi est extra venas, quòd paucus sit qui mittitur sanguis, ea propter non solum in biliosis febribus quæ assiduè infestant, sed etiam in intermittentibus, in flammeis illis affectibus, & in biliosa dyssenteria tutò exerceri potest, estq; hoc Auicennæ veluti monitum quodam, quo nos animaduertat ne temerè, neùe minima aliqua de caussa, & confestim sine magna consideratione eo in casu illum educamus: nam si in plenitudine secundum quid præcepit id maxime considerandum esse Galenus quanto magis erit in succorum vitio? Quòd si quis obstiterit dicens venarum sectionem ad euacuandũ, ea ratione quòd sãguinem educat eius frenum minime ducere posse bilem ab ebullitionem quippe cum incisa vena bilis, aliiq; humores in ea proportione, in qua erant antea, educantur, remaneantq;, quòd si prius non furebat, neq; postea sanguine euacuato, quòd omnium seruata sit proportio, responderent aliqui hanc ebullitionem turgentiamq; bilis fieri misso sanguineq; vires fiũt imbecilliores, à quibus reguntur tum contenta tum continentia tum impetum facientiaue propterea furiat bilis quia vires ipsam retinere non possunt. Quæ responsio tum præcipuè ea ratione non satisfacit, quia vires quandoq; incisa vena, & plenitudine detracta fiunt validiores, quando à materiæ copia præmebantur, eademq; symptomata conspiciuntur, huiusq; turgentiæ est in caussa excretrix potius ab acrimonia humoris irritata, quàm retentricis imbecillitas. Ea propter in hoc erit sententia nostra bilem alibi quàm inuenis etiam contineri, ceu in ventriculo, habitu corporis, & aliis locis vacuis, quæ fuerit tum quia agitatur ui vacui sanguine detracto, quod antea quiescente non euenerat, etenim humores offi-

8. Meth 3.8. 10. Meth. 3. 45. 2. acut. 29. Lib. 9. cap. 5. in fine.

Lib. de ven. sect. 6. & 4. san. tue. 4.

De pulsibus ad ægrotus cap. 11.

2.de symp. causis 5. 1.febr. 5. 10 meth.4. de rigore c. 7: 2. de visi. 3. 4 san.tue. 2.

ciunt plurimum quando mouentur, secus antem quiescentes vt pluries legitur, tum etiam qm eius acrimonia non ita castigatur, sanguinis auxilio destituta, ab .n. contemperatur per venas transfuso, vt etiam eiusdem vapore, & alteratione quadam per partem post partem, quo fit quidem vt molestior reddita ab excretrice trudatur vi in alias partes. Vt meritò conclusum relinquatur in tertiana febre, in continuis liliosis, alijsq; huiusmodi affectibus venam incidi posse ad reuulsionem tamen, non euacuationem caussæ, huic namq; pharmacum esset auxilio.

Quæ vena sit incidenda in præseruatione, quæ in curatione, quæuè ratione partium, & quædam de reuulsione, item de rectitudinem?

Cap. VII.

IS tamen ordo habendus erit in sanguinis detractione vt rei propositæ finem imponamus. In morbis qui non habent determinatam sedē, adsit vero totius plenitudo, interior destræ manus secetur vena, quia velocissimè, & plurimum ex principibus partibus educit sanguinem præcipuè ex hepate vbi humores conficiuntur? quòd si fuerit affectio alicuius tantum particulæ si ea fuerit in partibus, quæ sunt supra se cur ex manibus nempe ex brachio à vena cubiti; si autem in inferioribus ex poplite vel malleolo vt Hipp. & Galenus docuerunt, modo non adsit aliunde fomes ad cuius consensum patiatur, vt in sanguinis sputu ex menstruorū retentione, in delirio, & cephalalgia ex retentis purgamentis à puerperio vt in Margei Famula contigisse legitur; tunc siquidem ex cruribus sanguis est mittendus qua ratione quotidie contulisse fumus experti in capitis doloribus nugantibus, & delirantibus in putridis febribus hyrudines venis sedis admotas, & pleuritidi venæ sectionem in cruribus quādo ex vtero sanguis repit postea verò ex cubito, seruata semper in vtroque rectitudine Cat'ixin vocat Hippoc. quod est in rectum aut è directo, aut secundum rectitudinem, etenim partes quæ sunt huiusmodi maiorē ad inuicem habent communicantiam. Propterea quando adest pleuritis, & menses superueniunt ab initio talis habeatur distinctio vt quando sit suspicio ex vtero fluxionem ortam esse, si mensium magna fuerit copia, eos fluere sinamus, nec machinemur quicquàm vllibi circa incisionem venæ. Sin autem parca secetur in cruribus; sed quando non ex vtero sed aliunde erit ad thoracem fluxio, si erit satis menstrua purgatio nullo pacto erit secanda, at si parca, secetur ex brachio; mihi autem hoc addendum videtur huic vltimę propositioni, si fuerit parca illa per vterū purgatio primum ex cruribus, postea vero si fuerit opus, ex brachio esse mittendū sanguinē, siquidē crurū vena secta fieri posset vt illuc ad vterū tendat oīs fluxio, q̄ confluxus vnus conspiratio vna, oīa consentientia vt ait Hipp. ipsaq; natura ēt per ossa humores expellat q̄nq; sanguinēq; per mediā cutē nō vulneratā, vt 7.aph. & 3.de artic. legitur, eoq; magis, qm è thorace eiusq. partibus est via ad inferiores regiones, vt 5. de loc. aff. & lib.

ex 4.acut.24

Manard. in epi 6. 6 aph. 36. 6.epi. 1.6.de venæ sect.16 17.18. 5.aph.32. De ven.sect. 9. erasi. 5. de tremore rigore 5. ex 2. epid.sect 4. 2.acut.29. 2. ad Glauc. 2. & de venæ sect 15. Ex Augen. lib.11. ep.3.

ex Hipp.lib: de alimen:

Aph:54:tex: com:58:

lib. 6. cap. 4. habetur; alij autem addunt superius explicatis, in materia cruda, & non completo mense purgationis menstruæ esse curandi rationem quæ conueniat pleuritidi, in materia cocta, & completo mense vt sinantur fluere menstruo; at si parũ fluunt adiuuentur venę sect. ex cruribus; at concocta, & mense non completo eodẽ modo, cum adiuuent excretiones in materia cocta, & crises fieri soleant. In cruda & completo mense, vt requirit pleuritis modo ligaturę fiant in cruribus, & si indifferens sit venæ sectione potius fiat à cruribus si non erit satis illa per vterũ euacuatio, quia hinc ad thoracem sanguinem ruere est iudicandum. Vt de venæ sect. in hoc affectu non sit perpetuũ Hippocr. & Galeni dogma semper excubito eiusdem lateris sanguinem detrahendum esse, cum deceat quandoque ex altero, quandoque ex crure, prout plenitudo, & plenitudinis ratio requirit, vt docuit Manardus, scripsit Altimarus, & disputauit contra Brissottum, & Curtium Victor Trincauellius, quorum sententiam vt potiorem nos insequimur, vt alias disputauimus. Cap. 3.

Verumenimuero si morbus imminens fuerit (vt ad pensum reuertar) nec sit metus, ne pars aliqua determinata futura sit morbi sedes à quacũque poterit sãguis detrahi pręcipuè ex brachij destri vena interiore, pręterquã vbi menses fuerint retẽti, aut qui antea cõsueuerat per venas sedis sanguis constrictus videatur: tunc siquidẽ ex cruribus vt scribit Gal. nisi plenitudo obstauerit, quo tempore primũ ex brachio plenitudo erit minuẽda: postea vero ex crure sanguine detracto morbo erit pręcipiẽdũ; quamquã sunt qui velint, ex brachio mittendum esse sanguinem si distentio sit, & grauitas circa viscera spiritualia, aut naturalia, aut vtraque, vsque ad horum remissionem, quòd deposita multitudine mox, vt scribit reliquum per vterũm effluere possit, cum expultrici nihil obsit magis quam vasorum dissentio, quod vesicæ exemplo satis probat; si vero inditia fuerint materiæ raptus ad caput ex talis reuulsorias vacuationes multas, & exiguas faciendas, breuibusq; interuallis; quòd si cum hoc põdus quodam sentiatur, vt in lumbos inclinet ex talis secanda venam semel, aut iterum, & satis multum sanguinis detrahendum, quod recipiendum necne sit in præsentiarum non disputabimus, ne in immensum crescat oratio. Planè si fuerit suspicio de futuro morbo, & de illius imminentis determinata sede, præseruandi caussa pro reuulsione à partibus non solum contrarijs vt diximus, sed, ijsdem quàm maximè distantibus erit detrahendus: fit .n. semper reuulsio ad contraria sed non semper ad distantissima; ad illa aufugit curatio, quòd illicò auxilium exposcat, ad hæc præseruatio vt Hipp. docuit libro de ossibus, & 2. de natura human. & Galenus 3. artis medicinalis, semper tamen in vtrisq; rectitudo erit seruanda, & communium venarum ratio habenda.

Lib. de venę sect. 19.

Aetuis Paulus Altimar. Berof. Boctonus.

Tex. 9. tex. 81.

Quòd si quis dixerit eamdem æquè distantem venam incidendã esse tam in præseruatione quàm in curatione quòd hoc Galenus scripserit, dicens quibus aũt eximiè pars quæ piam vbi prius vacuati non fuerint

Lib. de venę sect. 19.

infestetur,(de imminenta,& futuro loquens affectu vt verba textus ostendunt) haud æquè exquatus particula vacuationem moliri decet,sed perinde in ijs,quæ iam laborare incipiunt,Idemq; confirmauerit lib.methodi vbi in curandis inflammationibus ad loca quàm maximè distantia humores reuellendos esse præcepit, quod in præseruatiua faciendum esse pro futuro morbo docuit lib. de natura humana, & in de ossibus hac verborum serie,danda est opera vt quàm longissimè à locis vbi dolor fieri solet,& sanguis colligi,venarum incisiones fiant,& confirmatur à Galeno 3. artis med. Responderem hanc esse locorum Hippocr. & Galeni veram enarrationem,& contradictionis solutionem, Hippoc. præceptū esse in curandis morbis quando affectę sunt partes supra iecur ex cubito sanguinem detrahendum esse, quando autem inferiores ex cruribus; & ad præcauendum quando nondum adest sed est futurus fieri vt dicunt à locis quàm maximè longinquis, vt est venæ incisio ex cruribus in capitis futuro morbo, quando siquidem non adest quæ corpus angat affectio,ad longinquiora humores retrahi decet, quod fieri non debet quando actu infestat,remedium .n. exposcit præsentaneum,quæ sicuti amplexus est Galenus,ita etiam in vtrisq; seruādam esse rectitudinem voluit, secundum longitudinem præcipuè (mathematicam vocant) si fieri poterit promiseritq; pars affecta, sin minus, quæ est secundum latitudinem naturalem hanc appellant. Fluentibus namq; succis à dextra parte ad crus dextrum,vel à sinistra ad sinistrum, facilius reuelluntur secta vena seruata rectitudine quod ex professo probat Gal. cap. 15. & 16. de venæ sectione à partibus superioribus. Raro .n. materia à destro ad sinistrū fluit,vel à sinistro ad destrum,quòd humores densiores facilius trudantur ad partes inferiores quàm ad latera, tenuiores, & calidiores, & admodum exalationum ad superiores, interim etiam ad inferiores; & spatia inter partes similares,& inter musculos inania,meatus,sensibus manifesti,venæ,arteriæq; secundum longitudinem sint plures,& magis sibi ipsis consentientes,quàm per latera. Quorum non oblitus Galenus, vt ad rem reuertar, dicebat ægrotaturos præseruari non qualibet vena secta,sed ea à qua sanguis detrahitur illis,qui iam pati incipiunt,non quidem certe quod æquè distans vtrisq; vena sit incidenda, quippe cum in futuro fieri à quàm maximè distante, in fiente à contraria sed non ita longinqua, ceu in destri oculi inflammatione sectio in eodem cubito exterioris venę. Sed quòd in vtrisq; rectitudo sit seruanda. Illā vero præferendam esse quæ est secundum longitudinem Gal. velle, clare constat exemplis in medium adductis: ex quibus liquet solutio contradictionis in dictis Galeni quam insolutam reliquit Rabi Moses,qua nimirum ratione in vertigine, & epilepsia venam in cruribus secandam ferebat,in de venæ sect. cum vera existat Hippoc. sententia de qua Gal. meminit 6. aphor. 36. & in de venæ sectione, si quidem in vertigine,& epilepsia sanguinem detrahendum esse monuit, non quando morbus seu symptoma-

[Margin notes:]
3. Meth. 6. & 11.
lib. 9.
Tex. 81.
5 aph. 36. de venæ sect. 16 17 18.
13. meth. 11.
2. ad Glauc. 2.
Hipp. lib. de ossib. & 2 de natura hum. 9. & Gal. 3. art med. 81.
Curt. de pleuritide.
Manar. lib. 14 epist. 1. Iacchin.
13. Meth. 5. & 2. ad Glau. cap. 2.
Bertolius li. 2. 2 & Curtius de pleu.
Lib. de venæ sect. 19.
13. Meth 11.
2. ad Glauc. 2; & de venæ sect 15. & 16
In aphor.
Cap. 16. 17. 18.

ta angunt, sed in intermissione, antequam affectus inuadat, prætermissionis gratia; Plane quod 13.metho. dicebat longissimè à parte fluxione tentata reuellendum esse, intelligendum esse reor non ad loca extremè distantia, sed ad contraria non valde longinqua, tumq. serotinum esset auxilium, tum multo magis quod idem seipsum explicans, in capitis affectibus exteriorem cubiti venam secandam scribit, alioquin scripsisset incidendam in Cruribus.

Illud tamen vnum dicere non ommittam hæc scripsisse me de venę sectione ex Hippocratis, & Galeni sententia, ad situm affectæ partis respectu habito, quem tantifacientes, præceptum protulerunt partibus supra iecur affectis ex manibus sanguinem mittendum esse, inferioribus vero ex poplite, & malleolo; certo sciens sæpe iussisse eos alia de caussa in longinquioribus locis venam incidendam esse; quod contigisse videtur, & faciendum esse reor, quando non datur alius locus, aut vena ob cuius sectionem recte possit fieri fluxionis retractio. Proinde fluentibus humoribus ad crura ex brachio eiusdem lateris venam secandam esse legitur in epidemiorum libris, quòd non habeatur vnde vtilius possit detrahi sanguis ad reuulsionem, ea siquidem quæ in alio crure secari potest, vt alibi docet Galenus, non in contraria, sed in vicina, & proxima trahit, quód numquam fere in fluxionibus fieri debet, nisi antea humore longius retracto ad contrarium sui motus, ad hepar nimirum, aut magnas venas, aut vnde fuerit fluxionis origo. Idem præceptum ratus exceptiones habere quando morbis magna coniuncta fuerit succorum copia, aut irruentis fluxionis impetus, tunc siquidem ex maxime longinquis partibus sanguis est detrahendus vt in pleuritide, in qua venæ sectio primũ ex cruribus secundum rectitudinem, postea ex brachio opposito, aut eiusdem lateris, prout magna fuerit plenitudo, & fluxionis impetus, interdum est faciẽda, de quo alibi fusius aut in vteri, & vessicæ phlegmone in qua primũ ex brachio sanguinẽ mittere expedit, pro fluxuro, & fluente humore, postea vero ex cruribus, pro fluxo, eritq. curatio, quæ prophylacticam sibi conjunxit vt coxendicum dolore, quod scribit Galenus, & in vteri, testium, & vessicæ inflammationibus iuxta Pauli, & Æetij doctrinam. Etenim veteres non permiscebãt omnibus omnia, sed singula in sua loca reponebant, præcipue Hippocrates, hic namque quod breuitati semper studeret cum de aliquo affectu loquebatur, satis habebat, particulares tamen indicationes proferre, relinquens alias veluti notas, alibique explicatas, quales sunt quæ à viribus, quæ à toto, quæve à plenitudine, sumuntur, vniuersales, alijsque communes, quæ licet ab affectu originem statim non ducant, vim habent tamen vt totam medici operam ad se primum trahant, ad cuius rei testimonium est textus Galeni. 6. epidemiorum vt alia loca prætermittam, vbi sic legitur. Proposito à viribus sumpto antecedente, & si nõnumquam in sermonibus omittatur, in quibus solas ab affectibus indicationes recensemus. Hæc

Refers. Gal. 6. aph 36. 5. epid. 1. 6. in fine. vide de venæ sect. 9. erasist. 4. & de cur. vac. pro sang. 16. 18. 19.

6. Epid. 2. 9. in fine 13. meth. 5. 2. ad Glauc. 2. de humor. tex. com. 13. de cur. rat. pro sang. 19.

10. cap. med. per loc. cap. 2.

Com. 3. tex. com. 43.

2. Epid. 4 refert Gal. lib. de rigor. cap 5. & de venæ sect. 9. arasi. cap. 5.
2. Acutorũ 10. 11.

De cur. rat. pro sanguin. 9
4. meth 6. 13.
meth. 5 6.

Lib. de sanguinis miss. cap 19.
6. Epid 2 9
5. aph 58.

4. Meth. 6. 13.
meth. 6. de currat. pro sang. 19.
1. Aphor 21.
2. acut. 10 &
4. aph. 16.

1. de humor. 13 libro de rigor 5 rad. Glauc. 2 3.

Galenus. Quare in Margei famula ex talo sanguinem detrahendum esse scripsit in epidemijs, quòd à partu purgamenta non fuissent euacuata, & vterus afficeretur; & in pleuritie quando dolor ascenderit ad clauiculam venam secandam in esse brachio eiusdem lateris, quando autem præcordia attigerit medicamentum exhibendum esse, pro humorum inclinatione, sumptis tamen particularib. indicationibus ab inflãmatione, nempe ab eo quod factum est, & à situ affectæ partis, supponens alias præferendas euacuationes, quas indicant totum partes impellentes vnde est fluxionis origo, & fluentes fluxurique humores de quibus pluribus in locis commonefecit Galenus proinde illud, ceu in arte vniuersale præceptum protulit, quod vti practicum prædictas exceptiones habet; hæc siquidem perpetua non sunt, sed doctrinalia, in quibus locus magnus est relictus medicorum prudentiæ, quibus liceat vti expedit ea exequi. Sed ut reuertamur ad orationem vnde sumus digressi, dicimus velut decet in morbis ad reuulsionẽ secare venam, quæ directe respiciat impellentem partem, sitque ei proxima, sic procul eamdem esse oportere à parte fluxionẽ recipiente, & in parte illi secundũ rectum contrariã, eoq. magis quo maior fuerit plenitudo, aut humorũ fluxio. Ea namq. de caussa fiet, vt minus impleatur pars ad quam fluxio repit. Subsequi tamẽ quandoq. cõuenit quę localis dicitur reuulsio, in quo genere venę sectionẽ in fronte factam occidite male affetto contineri scribit Galenus, vt numquã ab initio fiãt, nisi forsan inanitis, sed prçuacuato corpore vniuerso, vt legitur lib. de venæ sect. 19. sanguine ad maxime lõginquas partes, antea retracto. Nam cum duplex sit humorum motus in morbis qui à fluxionibus ortum ducunt, alter ad affectã partem, qui prior est, alter ab illa, estq. secundus; primus indicat retractionem, secundus euacuationem per eam partem ad quã vergit vel vergere potest à loco affecto; ea ratione reuulsio quæ in curatione primum locum sibi uendicat, primum motum respicit, deriuatio autem siue localis reuulsio alterum; & veluti prior sit secta vena prope impellentem partem, quæ ipsam directè respiciat propter communicantiam, sic secunda proxima esse debet affectæ parti, & secundum vergentiam, & inclinationem humorum ad eam fluxorum vt ex Hipp. scribit Galenus Prior plane, vt facilius retrahat ad contraria, ne fluant ad locum affectum, ad quem repunt & posterior, vt etiam facilitate partem leuet onere molestiave à confluxis ad eam humoribus, quæ vnico verbo cõplectens Hippocrates vt erat breuiloquus dicebat vtrunq. genus absolui, reuulsionem nempe, & deriuationem, per communes venas, vt Galenus pluries scriptum reliquit.

Sed nec illud silentio prætermittam venæ sectionem in brachijs intellexisse Hippocratẽ, & Galenũ ad reuulsionem, & ad deriuationem quãdoq. in cruribus vero quæ precipue ad deriuationem spectat.

E I N I S.

IACO-

IACOBI COTVGNI
ART. ET MED. DOCT.
FRANCAVILL. SALENTINI
Quæſtio


AN IN DIARRHAEA POSSIT SECARI VENA, & medicamentum exhiberi ad Medicos Hoſtunienſes.

PAVLI MARTINELLI ROMANI Opera, & ſtudio in lucem edita.



INSIGNIA FAMILIAE MARTINELLAE.

AN IN DIARRHAEA POSSIT *secari vena, & medicamentum exhiberi ad Medicos Hostunienses.*



PErgratæ mihi fuerunt litteræ tuæ cum ex illis, intellexerim, & te, & patrem tuum bene valere, mihi vero quod tantum tribuas facis, id quidem abundãtia quadam amoris erga me tui; De Diarrhęa, quod in controuersia esse scribis apud Hostuniẽses medicos meãque efflagitas sententiam scias velim has lites componere me non posse, vt tibi quem amo, & diligo plurimum, morem geram facere ne posse quin ea de re tibi aperirem sententiam meam.

Quòd vt explicarem illud in primis, supponendum duxi consulto prętermissis alijs differẽtijs, quod hoc ceteras potestate complectetur. Alui profluuium Diarrhęã vocant Grçci, est copiosior alui fluxio sine phlegoma, & exulceratione, aut contingere natura expellente noxios humores post illorum concoctionẽ & separationẽ, Criticum vocãt, aut quamdiu à morbo, & morbificis causis ipsa molestatur, aut grauatur, symptomaticum dicunt, quam naturæ ratione, ac lege non excernuntur, sed sunt omnia earumque præter naturam sunt affectionem symptomata. Quorum primum fieri contingit coctis succis prçsertim, in morborum statu; aliud vero quando sunt crudi. Hac de re dicebat vetustissimus Hippocrates in lib. de humor. & epidem. indicantia in melius statim ne appareant, idest ne in cruditate, quorum notas docuerat in Aphorismis ex tollerantia, & conferentia in triticis excretionibusque, item ex grauamine, & virium prostratione in sympt. vt recte monuerit in epidem. coctiones celeritatem portendere iuditij, securitatemque salubrem, & indicatoria non indicantia aut lętalia, aut difficilis indicationis, lętalia nempe si qua hijs sympt. vel signa lętalia accidũt, difficilis indicationis, si absque his signa permaneant crudorum succorum; etenim quando cocta excernuntur fit naturæ lege, quod etiam euicte non alunt, sed veluti onus grauant quando autem cruda ob aliquod irritamentum quare fit vt cum noxijs humoribusque boni etiam excernantur nondum facta separatione; maleq. morbus quandoque terminetur, irritata quippe natura vel ab externa causa, vt à medicos ægro, aut ministris, vel ab interna vt à morbo, vel à causa, vel exacerbationibus. Instar infirmorum à fortioribusque irritatorum, & pro necessitate impetum facientium, inuadunt enim eos sed superantur, vel illorum qui onus deponentes interim vel inuiti cum eo concidunt vel vehementius currentium, qui se ipsas deinde retinere ne-

1. Suppositũ.
4 Aphor. 22.
1 De eris. 10 18 3. eris. 10. 1 aph. 19. 4. ahp. 22.
2. de hum. 14 & 2. epidẽ. sec. 1.
1. De erisi 2.
1. Aphor. 2. 1 de humor. 19
1. Epid. 2. 45 & 1 epid. 3. 24.
2. epidem. 1.
1. epid. 3 18.
4 Aphor. 22.
3. De diebus decretor. cap. 8.
Analogia.
Alia.

1.Aphor.21. nequeuntes contra vallem sunt delati vt scribit Galenus. Cui addam
6 epid.5.1.e hoc aliud pro secunda Hypotesi iure merito consultum esse naturæ re-
6.epid.2.28. cte, & opportune operanti, quod eius sumus imitatores, auxiliatoresque
2.Aphor.12. seruiendum esse, si opus fuerit, nempe si imbecillis actio diminutaque
9. Metho. 5. excretio, ne quid relinquatur recidiuam faciens quod præstare licet in excretionibusque per vrinam, vreticis, per hemorrhoidas eas aperien-
1. Aphor. 21. tibusque in mestruis purgationibusque, menses mouentibusque, ac etiam venæ incisione in cruribus, in sudoribusque, & vomitionibus ijs quæ sudorem mouent, & vomitum adiuuant, & in alui profluuio medicamento purgante, cuius administerium tutiorem opinamur esse, postea quam excretio cessauerit, morbo. Id per morbum fieri liceat, quod inducias admittat, nec interim in medicabilis euadat, quod si decreuerit omittere oportet, nec aliud quidquam nouare quod dice-
1. Apho. 22. bat Galenus. Verum enimuero, vbi profluuium diutius perseuerauerit non morbo superflua euacuans, sed etiam habitum colliquans viresque prosternens tunc sane resistere expedit medicamentorum ope, vt Tral-
Lib.8.cap.5. lib.9 35.lib. 4. 19. lianus, Aetius, & Celsus scriptum reliquerunt.

Verum quo ad eam quæ fit in morbi actionem nemini dubium est re-
De hum.5 1. aphorism. 21.6.epid.2. 28. uocandam esse ac prohibendum Galeni præcepto, quod ea excretio semper fere noceat raro autem conferat.

Quibus sic stantibusque hæc mihi videntur de quæstione dissoluis, ea locorum ante adductorum in controuersiam concilatio, vt in alius profluuio siue sit cum febre, siue sine febre, vel quod febrem præcedat, vel quod illam insequatur, vel quod eodē tempore vtraq. incipiat affectio, siue sit loco indicantis, & petentis, siue coindicantis vel admittentis, vel imminentis prohibentis, quando fit natura, expellente noxios hu-
2.Aphor. 21. 6 epid.2 28. & 1.de hum. 2. mores recte, ac opportune operante nullo pacto vena incidatur ne ad contrarias partes cohibiti retractis humoresque petant, & inhæreant fluxus cohibeatur ex quibus morbi origo, aut fomes, subsequatur quod di-
Lib.4.c. 19. cebat Cornelius Celsus hæc verborum serie. Vna die fluere aluum sæpe pro valitudine est, atq. etiam pluribusque dum febris adsit, & inter sep-
cap.14. lib. 8.cap.5. Lib. 9. 35. lib. 1. f.4. c. 20. timum conquiescat purgatur enim corpus, & quod intus latebat extra effuditur; verum spatium periculosum est, interdum enim tormina, & febriculas excitat, & primo de arte curatiua ad Glauc. Gal. cui subscripserant Alex. Trallianus Ætius, & Auicenna in fine capitis ante allegati hoc verborum contextu, & multoties etiam habenti febrem, & habenti dolorem capitis, qui ex consilio phlebotomia esset medicandus superuenit fluxius ventris naturaliter, idest critices, qui plebotomiam excusat.

Quòd autem Galenus primo ad Glauconem loquatur de cresi clerum est quoniam detractionem sanguinis detestatur vt naturæ motum, & inclinationem retrahentem, & spontaneum ventris fluorem admittit ceu conferentē, quinimmo solum ipsum sufficere dicit, quòd non dixisset plane, si vi morbi contingeret, tunc siquidem ad malum tendentem fluorem

reuul-

reuulsorijs auxilijs prius inhibendum esse monuisset.

Proinde multum decipi videtur amatus Lusitanus in suis Centurijs dicens Galenum his verbis non prohibere sanguinis missionem, sed Medicũ admonuisse vt caute sanguinem detrahat, ac si inferret symptomaticum esse. Hæc minus victor ille Trincauellius, vir profecto emunctæ naris, & de re medica optime meritus dicens, eo in loco de symptomato fluxu Galenum esse locutum; obstant enim allegatæ rationes præter Altimari, & ingrassiæ siculi auctoritatem. Lib. 2. cent 48. 1 ad Glauc. 14.

Quod si quis dicere Galenum eo in loco loqui de febrium symptomatibus esse, aut hæc quę vi morbi fiũt irritata natura. Diceremus ibi sympt. nomine intellexisse Gal. tum causas morbificas etiã pucatharticas, tum morbos, tum, & quę morbus insequuntur passiones, siue fiãt natura operante, siue vi morbi irritata, vt inde clare patet, modo medici animũ valeãt suspẽdere, & à morbi curatione diuertere. Etenim sympt. generatim sumptũ, aliquando naturalẽ, bonamq. naturę operationẽ comprehendit quandoq. causam morbificam quandoque morbum, quandoque eos qui morbos comittantur casus, vt primo method. & lib. de diff. symptomatũ legitur ceterum, vt ad nostrum propositum reuertar, si sympptomatum fuit alui profluuium posse venam secari censemus, illaque admittere, modo vires ætasque non prohibeant, nec humores, qui retrahuntur; eaque de re retinentur. In venis maiorem noxam inferre valeant retrahit n. hæc venæ sectio ad alias partes humores ne impetu ruant ad intestina. Dubitat. Responsio. Cap. 8. cap. 1 in symp. de venę sect.

Verum maxima cum cautione erit sanguis mittendus, vt in morbi initijs in paucam quantitate, nec affluxu consumptis; quæ si aperiretur: Iteratim, erit tutior, atque vtilitor vt quarto de Sanitate tuenda quinto methodo, & sexto epidemiorum legitur. sin autem ratione alterius morbi considerato alui profluuio vti coindicante, seu ad mittente, aut prohidente tantum sanguinis detrahendum, quantum morbo, & viribusque consultum videretur ipsumque symptoma permittant. Ea de re dicebat Galenus quarto acutorum fluente aluo non esse mittendum sanguinem, non ratione quod non deceat aperiri venam, sed ne perseuerans fluor vires prosternat, vt nos cautos reddat potius in eo mettendo. Itaq. maxime mirari oportet Altimarum in re medica clarissimum efferentem hic de critico loquutum esse Hippocratis, & Galenum, quod ne somniauerũt quidem certe, sed Ancipites fuerunt de eo mittẽdo fluore alui, ne vires corruent; quod inde etiam clare constat, quoniam venã aperiendã esse monẽs Hipp. in acutis morbis ante eius administrationẽ præcepit siccum ventrem humido ebystere hummettandum esse, ne ex intestinis aliquod in venas rapiatur, & venter siccescat magis laxũ vero firmandum, quod in critio non esse agendum legitur primo Aphorismorum & 6. ephidemiorum; vt omittam quod de viribusque iure dicere licet in cjriticis fieri validiores, aut saltim non imbecilliores, vt primo aphorism. secundo loquet, secus autem in symptomatis excretionibus- Cap. vlt. cap. 80. cõ. 2. tex. com. 8. Aphor. 2. 16 epi. 2. 28.

nibusque quo in loco Hippocratem de sanguinis detractione in alui profluuio loqui, ratione morbi acuti, ceu indicantis, ac petentis, & alui profluuij ceu admittentis, & prohibentis, vti etiam ad Glaucum ratione febris ceu petentis illud auxilium, & alui fluorem vti coindicantis, verba textus clare ostendunt, vt alia ad probationem adducere non sit opus.

Cap. 14.

3 acut. 42.

Etenim in lib. de ratione vict. acut. exemplo pleuritidis de omnibus acutis morbis tractat ibiq. profluuium considerauit vt symptoma quatenus illorum auxilia admittat nec ne.

Quamobrem vt ad pensum reuertar, nos cōmonefacit Galenus vt maxima cum consideratione in hoc casu sanguinem detrahamus, nimirum quod non fiat copiosa vacuatio, nec mittatur in immodico alui fluore, illa etenim tempestate vsq. ad quatuor, quinq. & sex libras sanguinem mittebant secta vena, & scarificatus vsq; ad duas, vt merito quidem in re medica peritissimus nostri temporis medicos arguat nolentes sanguinē detrahere in vtero gerentibus; cum sit ad vncias hoc nostro aeuo sanguinis missio, vt nec scarificationis momē mereatur; quæ etiā sanguinis missio in alui fluore intelligit maximum humorum excretionem, vt Cælius Aurelianus eo nomine, maxime aduersatur, obestq. plurimum quod sit is maxima excretio, In initio enim atque moderato parcam cōferre plurimum quod vires cōuellat etiam ex Auicen. loco ante allegato colligitur, vbi de symptomaco loquens hæc in medium affert; amplius phlebotomia, propterea quod ad diuersum trahit; naturā secundū plurimum retinet, &c. reuellit siquidem estque alijs efficacior ad reuellendū quod id faciat cum euacuatione, vt propterea in Diarrhæa administrandā esse scribant tum Herculanus, tum Altimarus.

Lib. de ven. sect. 14. 17. Lib. de sca rif 20.

5. Aphor 31.

Lib. 2. 9.

De venę sect. erosist c. 8.

Quod si obstaret aliquis quod scribat Galenus aluum soluere, tum 9. method. tum primo Aphor. responderem de immodica sanguinis missione vsque ad lipotimiam inclusiue ibi locutum esse, non de parca, de qua agitur in præsentiarum.

9 Ad almās. de curand. morb cap. de diarrhęa cap 4. Aphor. 23.

At si iterum obstaret quod non adest plenitudo, nec exinde magnus morbus, sed qui soboles ex prauorum succorum cacochimiā vocant, cui conuenit purgatio ad obiectionem dicimus in diarrhæa per initia turgere vasa humoribus plena, qua de re oritur affectio venæque incisionem conferre quod minuat multitudinem humorum in vasis contentam eamq. retrahat facientem, vel facturam magnum morbum idque fieri multo magis si humores prædicti non distauerint plurimum à natura sanguinis, sed vt vinum acescens fuerit in mutatione atque confinio.

13. Meth. 6. 6. aphor. 13.

4. Epid 3. 43 & 4 san. tué. cap. 4.

Quod autem ad medicamētū purgans spectet, nemini in dubium venit in critico alui profluuio, si perfecte indicauerit natura vel indicatura videtur exhibendum non esse, quod scripserat Hippoc. at si minus quam affectui causę corporiq. impuro conueniat auxiliandum esse, aluo fluente clysteribus, cum fluxus cessauerit medicamento quod electiue edu-

7. Aphor. 17.

1. Aphor. 2. 22 & 2. de hum. 5.

cat, sicque de genere eorum, quæ Benedicta nuncupātur, habeatque vim
roborandi tum partes principes, tum ventriculū, & intestina, cuiusmo-
di est rhenbarbarū, syrupus de nouem infus. rosarum rub. mirabulano-
rum genera, & tamarindi, non sit autem de genere lenientium, vt est cas
sia, Ægyptia zucchariym, siue syrupus de succo violarum, neq. eorum quæ
diagrydium, turpetum aliaq. huiusmodi medicamenta contineant.

Verum siquis diceret Galenum primo ad Glaucum monuisse, vt a me- Dubit. cap.
dicamento astineamus responderi poterit, ibi supposuisse euacuationem 14.
illam sponte factam à natura perfici posse, siue alio medicamento mor-
bicum humorem superaturam, quam vis etiam dici posit prohabuisse
ne quo tempore fluit aluus exhibeatur veluti venæ incisionē ne excre- 1. Aphor. 21.
tio impediatur aliquod auertantur succi contra Hippocrates placita. 6. epid 2. 28.

Verum in symptomaco, vbi peccans materia est cruda, viden- & 1. de hum.
dum est; si corpus prauis succis sit refertum si modo ratus fluxus an 2.
is immodicus vt viribus multum officiat. Si quidem in hoc alteran- De phar.
dum, siue attemperandū æquandantenus astringendum, non autem pe- Trincau. 1. ad
nitus, ac repente cohibendus fluxus habita virium ratione. Quod si Glauc.
moderatus fuerit, & vires non commodum imbecilles, tamen ab est vt
cohiberi deceat, vt purgante medicamento eo in casu vti debeamus, vt
causa sublata fluxus de medio tollatur quippe cum materiales morbi 7. Metod. 13.
non verentur, nisi causa aqua fiunt, vel fouentur remora, eoque magis 3. art. med.
quoniam diutius retenti praui humores indeterius recidunt quamo- tex. 34.
brem dicebat Hippocrates in lib. de locis in homine, & sic quidē per vo 3. pergnost.
mitum vomitus sedantur, & auicenna ex Galeno fluxus fluxu curatur, & 27. 4. apho r.
vomitus vomitu quod de symptomaco intelligendum esse nemo est qui 21. 2. febr. 5.
inficias ira posset. lib. 3. fol. 161.
13. f. 6. epid.

Mōtanus tamen vir singularis doctrinę de critico eo in loco intelligen- 2. 29.
dum esse scribit quod nequaquam admitti posse opinantur cum cohi-
benda esse scribant, & vomitum, & fluxum, sitque apud omnes in confes-
so excretiones symptomacas sedandas esse potius, criticas vero admit- 2. de humori
tendas. busq. 5. in fin.

At siquis diceret recipi nō posse vnquam symptomacas fluxiones esse
quandoq. sinendas; vt superius diximus quod materia sit cruda quam
coctam bene excernit natura, vt in aphorismorum legitur eademque ra-
tione, neque medicamentum purgans exhibendum quod concocta me- 1. Aphor. 29
dicari oporteat. 4. Aphor. 22

Ad primum responderi posset verum esse, naturam prius conquoque-
re, postea separare, & demum expellere, quando ab aliquo non irrita-
tur ceterum fieri quandoq. vt multum grauetur, vel humorum copia,
vel ratione qualitatis aut loci, & tunc excretionem illam quamuis obsit,
prodessq magis, immo plurimum; & prohinde non esse cohibendam sit 5. de cris. 10.
enim interdum, vt male inchoata. 3. de decret.
8. 3 de hum.

Et si morbi potius, quam naturæ decernentis impetu effusa (quod Hip tex. cōm. 10.

pocrates direptiones, fuę præruptionesq. ante ſtatum ad crefim ruant ob ab quod irritamentũ appellare conſueuit) in bonum deſinant, vbi exonerata natura, eo quo veluti ſarcina præmebatur, ſuppi reliquum potentior facta morbum ſuperat.

1. Epid. 3.24 Ad ſecundum dicimus ſi prodeſt tunc temporis factum à natura multo magis conferre ipſamet adiutæ medicamento quod electiue educit, legitur enim in ephid. de metone cum vrinis prauis, & crudis quod ſuperueniente ſanguinis per nares profluuio adiutus ab Hippocrate capitis lotione fuit iudicatus, & à morbo leuatus. Et de Romano adoleſcente, qui

De preſag. ad poſt. a. 13. in morbi cruditæ ſanguinis pro fluuio fuit indicatus, ideq. de ægrota 13 enarrato in 1. epid. commet. 3. ſic de Pythione, & naxione 3. epid. primo 4.3. epid. 3.73. ſcribit enim alibi idem Galenus primo de hum. 22. quod ſiue cruda ſint, ſiue frigida, ſiue liquida; ſiue ſicca, ægrotus vero facile fuerat cohibenda non eſſe, vt ſi ægre, & difficulter toleret, ſupprimẽda de quo alibi fucius ſcripſimus. Quod quod Hippocrate præcepit concocta, medicanda eſſe 1. aphor. 22. dicemus ad pharmacum deueniendum in hoc alui profluuio ratione vrgentiæ ne perſeuerans fluor vires penitus deiciat; nemo hanq. eſt qui inficias eat hoc præceptum Inſtitutum eſſe pro regulari curandi ratione quando non adeſt, nec ad eſſe poterit aliud quod incontrariũ vrgeat quod omnibus ſit præſtatior vrgẽtię ſcopus, nõ quod euacuare cruda ſit tam malium, ſed melius atq. præſtantius ſi cocta, ſi aliud non obſtauerit morbusque inducias admiſerit; Etenim cogitur quandoq. materiã ad hac crudam purgare, vel ratione qualitatis, vel copię aut ne repat ad partes principes, aut quoniã cõtinẽtur aliqua in parte vnde magnam noxam inferre poſſet, vt diſputat Manardus, Altimarũ alijq. clariſsimi viri, propterea dicebat Hippocrates primo aphor. 12. 4. aphor. primo, & 10. niſi materia turgeat, & alibi 2. aphor. 29. ſi quod videtur mouendum, vbi poteſtatẽ intelligit alias exceptiones prænarratas, vt hac in loco mirari ſubeat quendam Germanum medicum ſcribentem in hoc aphoriſmo tantum de turgentia locutus eſſe Hippocrat. & Galenus, quod antea ſcripſerat Phylteus medicus interrogantur Græcos præſtantiſsimus;

Enarrans enim Galen. Hippoc. ſentẽtiam dicebat hoc præcipiſſe ſenẽ, vt minorata materia facilius cõcoquatur, & euincatur, vt propterea nemini veniat in dubiũ de turgẽte materia nõ intellexiſſe, quippe cum materia quandiu turget concoqui nequeat, ſed dum quieſcit vt 4. acut. tex. 44. c. 48. & lib. 4. de San. tuend. 4. legitur, & comparatio ſit in genere analogho, quod dicunt logici, ſupponit ſiquidem poſitionem, vt etiam apud Grãmaticos habetur; nã cum dicit facilius concoquitur minorata ſupponit quod antea cõcoquebatur, ſed non eã cũ facilitate, vt ſi dixero Platonẽ, Ariſtot. ſapientiorẽ, vtrumq. ſapiẽtiam eſſe dicerem, ſed maiore ſapientiam Platoni. In eſſe, quæ eſt incomparationibuſq. quæ ad aliquod vnum fiunt certa comparandi ratio. Siqu dem minoratio, vt ad rem re-